

VM.

C. IVLII SOLINI

COLLECTANEA RERVM MEMORABILIVM.

ITERVM RECENSVIT

TH. MOMMSEN.

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCXCV

BIBLIOTHECIS

GVELFERBYTANAE LEIDENSI PARISINAE

QVARVM BENIFICIO
TRES SOLINI OPTIMI CODICES FVERVNT SIMVL DOMI APVD EDITOREM
ET DVM LIBELLVS EXCVDITVR MANSERVNT

GRATO ANIMO

EDITOR BEROLINENSIS

LIBRI ADHIBITI

classis primae:

R = Vaticanus 3342 saec. X (deficit p. 197, 2—202, 14. 203, 14—216)
[R] = Vaticanus reginae 1875 saec. XIV descriptus ex *R*, collatus ubi is deficit; ipse finit p. 214, 4
C = Casinas 391 saec. XI
N = Havniensis 444 saec. XI
H = Heidelbergensis saec. XI
*H = idem et Anonymus Leidensis Voss. fol. 113 consentientes
[H] = Heidelbergensis ab Anonymo Leidensi dissentiens

classis secundae:

L = Leidensis Voss. quart. 87 saec. IX (deficit p. 194, 15)
[L] = eiusdem libri supplementum saec. XIII (incipit p. 191, 15)
M = Parisinus 7230 saec. X corruptus vel deficiens inde a p. 174, 12
Q = Parisinus 7230 *A* saec. X collatus ibi ubi deficit *M*
G = Guelferbytanus Gudianus 163 saec. X inde a p. 28, 15
B = Basileensis F II 33 saec. XIV hic illic adhibitus

classis tertiae:

S = Sangallensis 187 saec. X
A = Angelomontanus saec. X (deficit p. 60, 20—63, 2. 163, 10—166, 5)
F = Florentinus Laurentianus S. Crucis 20 sin. 2 saec. XI/XII, collatus ibi ubi deficit *A*
P = Parisinus 6810 saec. X

Libri reliqui adhibiti p. 7. 8. 14—16. 22—24. 30. 117. 118. 139. 140. 150. 151. 164. 207—216 designantur numeris iis quos habent in recensu (infra p. XXX — LII. LVI. LVII)

a b minusculae litterae adiectae ad codicis notam significant lectionem a prima manu positam (*a*), deinde emendatam ab eadem (*b*); altera utra ubi sola ponitur, lectio quae non ponitur consentit cum textu

1. 2 minusculi numeri similiter adiecti ad codicis notam significant lectionem a prima manu positam (1), deinde emendatam a manu diversa (2)

t v minusculae litterae similiter adiectae distinguunt duas lectiones in codice reperiri, alteram in textu (*t*), alteram pro varia lectione (*v*)

* asterisco in textu notavimus locos emendatos coniectura.

I. AVCTOR ET AVCTORITATES

C. Iulii Solini tria nomina plena habet codex classis secundae Auctoris nomin
M tam in inscriptione libri quam in subscriptione laterculi praemissi reliquis eiusdem classis libris aut mutilis aut auctoris nomine destitutis. eadem tria nomina agnoscunt libri ordinis tertii omnes. *Iulium Solinum* auctorem appellant libri ordinis primi in subscriptione omnes (*CNH* deficiente *R*) itemque Aldhelmus et Dicuil. epistulae, quae praefationis locum obtinet, libri boni omnes excepto uno *H* solum *Solini* vocabulum praescribunt. denique Romanae aetatis auctores qui Solinum laudant omnes Genealogus a. 455 Priscianus Isidorus solum cognomen ponunt. — Temere omnino coniecit Valesius (ad Dionem 74, 8) auctorem huius libri esse nominatum a Dione (72, 12. 74, 2) Iulium Solonem infimae dignitatis senatorem caesum Severi iussu a. 193. inter personas honestiores Solinum cognomen equidem non deprehendi et admodum rarum est apud plebeios quoque: invenitur tamen *C. Iulius Solinus* in titulo Asturicensi C. I. L. II, 2650, *Solinus* nude in Britannico C. VII, 31 et in vasculis C. VII, 1331, 104. 1336, 1081. 1082. XII, 5686, 847. — *Grammaticus* auctor dicitur in subscriptione librorum classium secundae et tertiae, potestque appellatio ea proficisci aut ab auctore ipso aut a librario aequaevo, ut Prisciani laudibus in Anastasium subscriptum est '*dictae a Prisciano grammatico*' et librarius aequalis arti grammaticae eius subscribens eum appellat *eloquentissimum grammaticum doctorem suum.* sane scholasticum arguit libellus universus, scilicet hominem qui totum se libris neque iis multis manciparit nec quicquam umquam ipse conspicatus expertusve sit: non indigna tali auctore praecipua admiratio fascium domum professoris pulsare veritorum (c. 1, 122). at de ea re neque quicquam certo sciri potest nec multum interest.

Adventus, cuius nominis viro auctor libellum inscripsit, cognomen Adventus.
est non frequens et servorum fere (C. I. L. VIII, 3288. 3291. X, 6575)

vel plebeiorum (l. c. III, 6010, 2. V, 436. VI, 10576. VIII, 4609. 8119. X, 7369. XII, 813. XIV, 2714) exeunte demum saeculo secundo admissum inter senatoria, scilicet usi esse inveniuntur eo cognomine tam Antistii, nimirum Q. Antistius Adventus Postumius Aquilinus titulorum Thibilitanorum (C. I. L. VIII S, 18893. 18906), consul imperante Marco, quam Oclatinii, nempe Oclatinius Adventus post gregalem militiam et equestres dignitates factus consul ordinarius a. 218 (Hirschfeld *Verw. gesch.* 1, 232). et ad hunc quidem libellum olim rettulit Dodwellus (tam apud Hudsonem geogr. Gr. min. t. II diss. praemissae p. 71 seq. quam in eph. *hist. crit. de la rép. des lettres.* Amstelaedami 1717 p. 37 seq.). obstat autem ei similive coniecturae, quod epistula dedicatoria non solum dignitatis publicae nullum indicium facit, sed ne viri clarissimi quidem titulum nomini addit, id quod ea aetate, qua Solinum scripsisse veri simile est, omitti non debuit. itaque Adventi vocabulum pariter atque auctoris ipsius ut labenti aetati magis convenit quam florenti, ita ad tempora accuratius definienda parum valet.

Quo loco libellus scriptus sit, ex ipso non intellegitur, nisi quod cum provinciae omnes memorentur, nulla emineat, inde conicere possis auctorem scripsisse Romae vel certe in Italia.

De Solini aetate. Magis refert quaerere de aetate, qua scripsit Solinus. vixisse eum aliquantum ante Theodosium II (401—450) inde apparet, quod classis primae libri ii qui pertinent ad familiam Heidelbergensis ducti sunt ab exemplo scripto *studio et diligentia d. n. Theodosii invictissimi principis,* (vide infra p. XCVIII). eodem redit, quod ex scriptoribus aetatis certae, quos Solino usos esse constat, antiquissimus est, sicut infra (p. XXV) videbimus, Augustinus in commentariis de civitate dei scriptis c. a. 426, cum nomine eum eorum qui extant primus laudet Genealogus a. 455. nam Capellam fuerunt quidem nuper, qui ad tertium saeculum revocarent, sed neque eius opinationis argumenta satis certa protulerunt et ipsa Solini expilatio auctoris praeterea quod sciamus a quinto demum saeculo adhibiti parum ei favet. quare cum quinto saeculo Solini liber iam pervulgatus fuerit, a feliciore autem litterarum Latinarum aevo tam rerum eius exilitas quam sermonis infantia abhorreat, hoc restat quaerendum, utrum saeculo tertio probabilius adscribatur an quarto. quorum equidem illud praetulerim. Byzantium ibi tantum nominari (c. 1, 79. 10, 17), non Constantinopolim neque ullum adesse vestigium provinciarum divisionis Diocletianae et Constantinianae, etsi non flagitat, ut in opere compilato, tamen suadet ut auctor vixerit ante Constantinum. suadet idem praenomen, siquidem vere habuit auctor, quarto saeculo iam rarescens. christianae religionis praeterea vestigia adsunt nulla: nam quam possis eo referre

narrationem de pomis cinerescentibus Sodomi et Gomorri (c. 35, 8) originis omnino Iudaicae, eius notitia iam invenitur non solum apud Iosephum (bell. Iud. 4, 8, 4), sed etiam apud ipsum Tacitum (hist. 5, 7). denique citari ut testem sermonis Latini Solinum a Prisciano facit, ne nimis recentem illum habeamus: quamquam ille adlegat similiter non solum Ulpianum, sed etiam Ammianum et Vegetium, videnturque omnino auctores in scholis Byzantiis lectitati et explanati, quorum e numero Solinum fuisse crediderim, apud Priscianum interdum se insinuasse inter testimonia auctorum antiquiorum et vere receptorum. quae omnia licet singula infirma sint, tamen coniuncta vix admittunt, ut ad quartum saeculum Solinum detrudamus. — Argumenta alia, quibus docti viri Solini aetatem definire sibi visi sunt, vere certiora indicia nulla suppeditant. nam quod Dodwello (apud Hudsonem geogr. Graec. 2, 71) in mentem venit Artaxerxem Hierichuntis expugnatorem (c. 35, 7) esse eius nominis regem Persarum, contra quem bellum gessit Severus Alexander, equidem quo pertineat parum credibilis illa de Hierichunte narratio non magis scio quam Salmasius, hoc scio neque a Solino usquam talia citari ipsius aetate gesta neque Artaxerxen illum attigisse Palaestinam. deinde quod ex loco c. 54, 13 Salmasius in prolegomenis effecit Persas Solinum scribere *quondam Parthos nominatos esse* itaque vixisse eum aliquantum post Severum Alexandrum, hoc argumentum nec per se satis firmum totum evanuit, postquam melioribus libris collatis vocabulum quod est *quondam*, in quo tota res vertitur, patefactum est proficisci ab interpolatore: unde iam apparet Persarum Parthorumque nomina Solinum non aliter usurpare atque usurparat Plinius. paullo gravius indicium praebet quod Solinus c. 50, 2 referens Pliniana (6, 54) de sericis matronarum vestibus addit nunc etiam viros iis uti: holosericis certe primus Romanorum usus esse fertur Elagabalus (218—222) teste biographo (c. 26 cf. vita Sev. Alex. 40; vita Tac. 10; Dio 43, 24), licet subsericae etiam viris antea in usu fuisse videantur nec diu observatum sit senatusconsultum a. p. C. 16 factum (Tac. ann. 2, 33; Dio 57, 15), ne veste serica viri uterentur (Sueton. Gai. 52; Dio 59, 26; Becker in Gallo 3, 156). his adde quae auctor scribit de camelis post translationem in peregrina loca facile morbos trahentibus (c. 49, 11), de circi spectaculis equorum (c. 45, 12), denique, si placet, senilem temporum quae fuerunt admirationem et sui aevi obiurgationem, quo exempli causa nemo nascatur non minor parentibus suis (c. 1, 90): habebis sane labentis saeculi indicia nec dubia nec pauca magisque digna Valeriani et Gallieni temporibus quam Antoninorum, ut tamen ad certiora progredi vix liceat propter ipsam auctoris exilitatem.

Solini liber chorographia.

Scripsit autem Solinus sub indice *Collectaneorum rerum memorabilium* (nam hunc neque alium ullum libello ab eo inscriptum esse infra (p. XCVII) docebitur) chorographiam ita comparatam, ut in singulis locis non tam ad utilia et scitu necessaria attenderet quam, ut ipse ait, ad memorabilia, quo quid significet, exponit satis accurate in praefatione. ordinem locorum sequitur eum, ut primum proponat Europam incipiens ab urbe et Italia cum insulis (c. 1—6), post has Graeciam cum Thessalia Macedonia Thracia insulisque Graecis (c. 7—11), mox Pontica et Scythica (c. 12—19), porro Germaniam Galliam Britanniam Hispaniam (c. 20—23) percensens; deinde enarret Africam a Mauretania ad Aegyptum (c. 24—35); finiat denique in Asia, describens Arabiam et Syriam (c. 33—37), Asiam minorem (c. 38—45), Assyriam Indiam Parthiam (c. 46—56). — Nostra maxime interest scire, unde sua habuerit Solinus; videbimusque iam quos auctores adhibuerit tam superstites adhuc, qui sunt duo. Plinius maior et Mela, quam deperditos.

Auctores a Solino adhibiti.

Solinus quid habuerit ex Plinio.

Ex Plinii naturae historia pleraque a Solino tradita proficisci norunt philologi vel ii qui Solinum numquam evolverunt. eius expilavit tam libros geographicos sive, ut inscripsit Plinius, de sitibus gentibus maribus cet. (3—6), quam librum de homine (7) librosque de animalibus (8—11), item de arboribus, sed de solis peregrinis (12. 13), denique de gemmis (37), reliquis omnibus aut rarissime adhibitis aut omnino omissis. id quod accurate convenit cum ipsius auctoris praefatione c. 4, nisi quod gemmae ibi non nominantur nisi in recensione interpolata. caput autem de homine 1, 53—127 excerptum maxima ex parte ex Plinii libro septimo adiecit urbis descriptioni, animalia et arbores in suis quaeque patriis terris enarravit (cf. 1, 53). — Iam Plinii naturae historia cum extet integra, epitomen hanc docti viri hodie fere contemnunt, nec sine causa. nam sane perparvum interest scire quibus artibus saeculi tertii scholasticus Plinium quasi scriptorem iusto simpliciorem loqui docuerit tumide et perplexe et insipide, cuius si placet exemplum luculentum considerare, expende quid effecerit ille c. 24, 3—6 ex Plinianis 5, 3. [1]) nec magis persequendi sunt ridiculi magistelli errores, qui ne verba quidem recte separare valuerit et ex iis quae sunt *ab Delo* et *ad Dirim* apud Plinium (4, 67. 5, 13) procuderit portenta nominum *Abdelum oppi-*

1) *Ibi regia Antaei certamenque cum Hercule et Hesperidum horti. adfunditur autem aestuarium e mari flexuoso meatu, in quo dracones custodiae instar fuisse nunc interpretantur. amplectitur intra se insulam, quam solam e vicino tractu aliquanto excelsiore non tamen aestus maris inundant. extat in ea et ara Herculis nec praeter oleastros aliud ex narrato illo aurifero nemore.*

dum (c. 11, 26) et *Addirim montem* (c. 24, 15): qui cum Plinius (4, 13) *in Achaia novem montium notissimum Scioessam esse* scribat, non solum ipsam Scioessam inde faciat *locum novem collium* (c. 7, 5), sed etiam statim nescio quid garrire incipiat de nemorum eius opacitate: denique qui cum Plinius (37, 46) scribat Neroni principi adlatam esse electri glebam XIII pondo, deceptus ambiguitate lineae quae numeros distinguit tam simplices quam millenarios, effecerit inde (c. 20, 11) donum missum esse Neroni electri tredecim milia librarum. sane quae omnia dominatur Nemesis per hunc epitomatorem admissum ultus est Theophrastum aliosque auctores plurimos non multo melius aliquando tractatos a Plinio, sicut deinde rursus vindictam Plinii exegit de Solino per Capellam Isidorumque, inventorem illum insulae si diis placet Teode creatae ex Solinianis c. 56, 16 *[proxima]t eode[m nomine]*, hunc repertorem fluvii Oscori inde oriundi, quod apud Solinum c. 15, 19 *montes Moschorum*, id est *τῶν Μόσχων, Phasidem fundunt.* talia non praetereunda quidem sunt, cum et auctoris et saeculi indoles inde patescat: omnia vero huius generis percensere cum nec prosit neque iuvet, talis auctoris insectationem et ex tali hoste triumphum iis relinquimus, qui muscas venantur quosque nullius unquam victoriae puduit. — Origine Pliniana quae sunt tres fere partes libelli implentia, a nobis, ne obruant utiliora, distincta sunt adscriptis paragraphis Plinianis quae Solinianis respondent, neque ulli unquam usui futura nisi ad fundandam librorum Plinianorum emendationem. in qua quod adhuc Solinus suum locum non tenuit, habet excusationem propter contextum Solini ipsius nunc demum satis stabilitum: iam vero hac eius recognitione instituta spero fore ut Plinii editores futuri diligentius Solinum adhibeant. hic aliquot locos adscripsi monstraturos, quid adhuc ex Solino Plinius proficere possit. 3, 50 verba in omnibus hodie notis Plinii libris sic corrupta: *Pisae ... ortae a Pelope Pisisque sive a Teutanis Graeca gente* (nam quam eius loci explicationem proposuit Salmasius in Solin. p. 43, ea mihi quidem non probatur) ex Solino p. 32, 9 sic emendantur: *ortae a Pelopidis.* — 6, 203 quod est in Parisino 6795 (*E* Detlefseni) *ombrion*, cum reliqui habeant *ondrion*, Solinus firmat scribens c. 56, 16 *embrion* similiterve. — 37, 71 lectionem librorum nostrorum: *qui tamen virides* (vel *uiris*) *nasci videntur* (vel *nascuntur*) *quoniam oleo meliores fiunt* sine dubio hiantem vel corruptam certum est Solinum non ante oculos habuisse scribentem c. 15, 27: *sed mero viridi proficiunt oleo, quamvis natura inbuantur,* et veri simile quaedam apud Plinium excidisse. — Denique 37, 164 Solinus c. 2, 43 lectionem librorum Leidensis et Laurentiani *fulminibus et typhoni* tuetur contra librum Bambergensem, in quo est *fascinationi-*

Utilitas Plinianorum apud Solinum ad crisi Plinianam.

bus. — Ex his luculenter apparet utilitas libelli Soliniani non tam ad emendanda verba Plinii quam ad leges recognitionis stabiliendas codicumque proprietatem recte aestimandam.

Solinus quid sumpserit ex Mela.

Alter auctorum a Solino adhibitorum, quem nos quoque habemus, Mela est. ex eius chorographia quae excerpsit, eodem loco habenda sunt atque excerpta Pliniana nec futuro Melae recognitori neglegenda, quamquam propter ambitum multo minorem longe minoris utilitatis.

Solinus quid adiecerit de suo.

Venimus ad ea quae habet Solinus neque ex Plinio sumpta neque ex Mela. horum quae adiecit suo ingenio excogitata et ita comparata, ut pateat propter ea librum nullum inspectum esse, a nobis in margine signata nomine auctoris, iis nihil omnino proficimus: bonum factum quod haec sunt perpauca. — E contrario ea quibus adscripsimus aut ignoti auctoris notam aut Pliniani loci aucti, digna sunt quae omni cura expendantur, id quod deinceps facilius fieri poterit seiunctis his a meris excerptis Plinianis, quibus antea quodammodo sepulta iacebant. nec tamen hoc praesto omnia illa, quibus notae supra dictae appositae inveniuntur, vere proficisci ab auctore deperdito. immo multa eorum aut ita vulgaria sunt, ut dubites utrum scholasticus ea memoriter protulerit an ex libro aliquo vulgari deprompserit, aut possunt derivata esse ex ipsis Plinianis modo temere auctis ex ingenio, modo memoriae lapsu detortis et confusis. exempli causa in loco de Gauloe insula c. 29, 8 ad ea, quae de scorpionibus terrae Gauloensis iactu necandis apud Plinium grammaticus legit, facile de suo addere potuit ibi serpentem vivere nullum, similiterque aestimanda erit narratio de Garamantum venere c. 30, 2. 3. etiam quae de lasere narrat c. 27, 48. 49 pleraque desumpta esse ex Plinii de ladano relatione recte observavit Salmasius p. 249. potuerunt haec etiam inventis Solinianis excerptisve Plinianis adiudicari et debuerunt fortasse: modestius tamen visum est, cum praesertim non commentariorum conscribendorum, sed auctorum in margine laudandorum officium mihi sumpsissem, quibuscumque locis Soliniana longius discederent a Plinianis possetque cogitari de alio auctore adhibito, iis apponere notam auctoris ignoti. sed ut demas quaecumque ita in hunc librum illata esse possunt futilia et vulgaria, restant non pauca omnino petita ex auctore auctoribusve hodie deperditis nequaquam spernenda.

Solinus quid habuerit ex auctoribus deperditis.

Chronicorum deperditorum fragmenta servata apud Solinum.

In hisce veris auctorum reliquiis apud unum Solinum servatis maxime enitent laciniae chronicorum optimae aetatis. earum tamquam indicem proponit tabula subiecta locorum Solinianorum non desumptorum ex Plinio et habentium adnotationem temporis ad chronographorum consuetudinem accommodatam.

post Troiam captam	*Olympiade*	*ante et post urbem conditam*	*rege illo consulibusve illis*		
...	.....	....	....	inter Ogygum et Deucalionem } anni 600 ...	p. 74, 16 cf. 13
2	.....	....	....	Aeneas in Italiam advectus ..	p. 35, 6
4	.....	....	....	Lavinium conditum	p. 35, 5
7	.....	....	....	Aeneas obiit postquam regnavit cum Lavinio a. 3, solus a. 2	p. 35, 10sq.
272	.....	ante u. c. 160	Agrippa Silvio Tiberini f.	Homerus	p. 169, 5
...	.....	....	....	inter Homerum et Hesiodum } anni 138 ...	p. 169, 7
408	1	....	....	Olympiacum certamen restitutum ab Iphito	p. 7, 11
...	1	....	....	Hesiodus	p. 169, 8
433	7, 1 (al. Ol. 6—12)	....	....	Roma condita	p. 7, 5 sq.
...	.....	....	Romuli a. 17	bellum inter Laconas et Argivos Thyris	p. 56, 14
...	22	....	....	Perdicca primus rex Macedoniae	p. 65, 9
...	27	....	....	Tatius (*immo* Numa) moritur .	p. 6, 11
...	29	....	....	Arion victor in certamine Siculo	p. 56, 4
...	31	....	....	Abdera a Clazomeniis restituta	p. 68, 15
...	33	....	....	Lygdamus victor Olympiae pancratio	p. 18, 16
...	35	....	....	Tullus Hostilius moritur	p. 6, 14
...	41	....	....	Ancus Marcius moritur	p. 6, 16
...	45	....	....	Massilia condita	p. 43, 20
586	45	....	Anco Marcio	Cyrenae conditae a Battio ...	p. 125, 10
...	46	....	....	Polymestor Milesius stadio vincit	p. 25, 7
...	.....	....	Tarquinio Prisco	Milo floruit	p. 19, 16
...	49	....	....	ludi Isthmii restituti ,......	p. 57, 18
604	49	....	....	bellum inter Alyatten et Astyagen	p. 85, 11
...	50	....	....	Sibylla Cumana	p. 35, 15
...	58	....	....	Orestis ossa inventa Tegeae ..	p. 22, 3
...	58	....	....	Croesus captus Sardibus a Cyro	p. 28, 6
...	.....	....	Bruto cos.	Pythagoras advectus in Italiam	p. 76, 16
...	.....	u. c. 302	....	decemviri creati	p. 8, 16
...	112	....	L. Papirio Sp. f. C. Poetelio C. f. cos.	Alexandria condita	p. 147, 5 (si Solini)
...	.....	u. c. 385	M. Fabio Ambusto T. Quintio Capitolino cos.	Alexander natus	*p. 226, 31* (si Solini)
...	.....	u. c. 489	....	bellum Punicum primum	p. 8, 17
...	.....	u. c. 535	....	bellum Punicum secundum ...	p. 8, 18
...	.....	u. c. 604	....	bellum Punicum tertium	p. 9, 1
...	.....	u. c. 662	....	bellum sociale	p. 9, 1
...	.....	....	M. Antonio P. Dolabella cos.	Carthago restituta postquam eversa est anno 102	p. 117, 16
...	.....	u. c. 710	A. Hirtio C. Pansa cos.	Caesar Augustus consul creatus	p. 9, 2
...	207	u. c. 801	C. Pompeio Gallo, Q. Veranio cos.	....	p. 8, 5

His adiungenda sunt alia non pauca ita comparata, ut licet epochae ibi mentio non fiat, alia originis ex opere chronographico indicia item certissima prae se ferant. eius generis sunt quae Solinus affert de Sibyllis et de populorum in imperio maris successione (p. 35, 14—36, 8 cf. p. 49, 4), item insigniora de regibus Romanis (p. 6, 4—7, 4) et Macedonum (p. 64, 19—66, 11 cf. p. 62, 12), maxime autem quae tradit nec pauca nec sane vulgaria de urbium populorumque originibus ipsius Romae p. 3, 1—6, 8. 7, 5—8, 15, plurimorum oppidorum Italiae p. 31, 22—35, 14. 39, 1—8, quorum non nisi minimam partem Plinius suppeditavit, Sardiniae 14, 10—14. 46, 5—13, Africae 108, 5. 6. 116, 16—117, 17. 125, 10—13. 127, 8. 9, inter quae eminet de Carthagine condita restitutaque narratio plena et perfecta, denique similes, sed minus insignes loci de Corsica p. 45, 6 et de Sicilia p. 49, 3—9, de Dardanis et Massilia p. 43, 15—20, item solitarii quodammodo de Abdera p. 68, 15—17, Apamea Phrygiae p. 167, 9. 10, Tarso et Pompeiopoli Ciliciae p. 161, 13. 14. 163, 5—8. profecta haec esse ex iisdem chronicis, unde sunt loci epocham habentes, etiam inde confirmatur, quod tam de Sibyllis locus quam de Macedoniae regibus, denique urbium complurium origines olympiadem adiectam habent. — Addi poterunt quae de viris litteris claris apud Graecos proponuntur maxime 29, 8—11. 50, 9—12. 74, 12. 167, 1—7, nisi quod haec pauca sunt et vulgaria. — Magis exquisitae sunt, quamquam non multae, quae originem produnt ex annalibus Romanis narrationes de expeditione a. 501 (p. 124, 13), de primis praetoribus Siciliae Sardiniaeque (p. 48, 23), de bello Cretico Metelli (p. 22, 5—24, 1), quibuscum iungendae sunt dinumerationes temporum p. 8, 16—9, 8 factae ad annum urbis conditae ratione Catoniana. — — Minus certum est, etsi non prorsus improbabile, ex tali opere chronographico etiam ea venire, quae prodidit Solinus de anni maxime Romani mutationibus ab antiquissimo tempore ad Caesarem Augustum doctrina nequaquam exili p. 9, 9 sq.

Chronicorum Solinianorum utilitas.

De chronicorum horum librorum indole et natura ut qui Solinum legent paucis commonefaciamus, res videtur postulare. ex iis quidquid profertur solidam et plenam doctrinam prodit. anni numerantur regum Romanorum CCXLI (p. 8, 16), cum septem regum anni (37 + 43 + 32 + 24 + 37 + 42 + 25) collecti efficiant annos CCXL; quos numeros inter se conciliandos esse per interregnum annuum inter Romulum et Numam interpositum iisque contineri antiquissimam huiusce epochae dinumerationem docui in chronologia p. 138 sq., quamquam propter arbitrarias editorum Solini numerorum immutationes de numeris ab eo prolatis tum non potui non falli. notabilis autem quae intercedit discre-

pantia inter reliquos antiquiores annorum regum Romanorum laterculos et Solinianum ut hunc ad auctorem minime recentem referamus omnino postulat. — Deinde ubi ab urbe condita annos auctor numerat, numeri sunt Catoniani veri, quales non reperiri solent in chronicis aetatis labentis (v. librum citatum de chronologia p. 130). — Porro cum inquirere in singulas res in chronicorum fragmentis traditas non sit huius loci, velim tamen comparentur quae Solinus affert in ipso libri principio de urbis Romae nomine cum iis quae habent Servius (ad Aen. 1, 273) et Festus (p. 266 v. Romam coll. p. 220 v. Palatium), citantes inter alios eos ipsos auctores quos citat Solinus Agathoclem rerum Cyzicenarum scriptorem et Heraclidem Lembum Oxyrhynchium sane ne apud Graecos quidem pervulgatos. item quem ponit annum Carthaginis conditae p. 117, 13 origine fortasse idem fuit atque is quem in suis chronicis repperit Velleius 1, 12, 5. denique quae de Polycle fabulatur p. 32, 3 a Rothio probabiliter revocata sunt ad narrationem Dionysii Halicarnassensis de πολίχνῃ quadam a Solino auctoreve eius male intellectam. vel sic constabit, id quod quo diligentius res expendentur, eo magis confirmatum iri persuasum habeo, hunc rivulum turbidum quidem et tenuem tamen proficisci ex vasto flumine doctrinae aetatis Augustae versarique nos hic in media eruditione Varroniana Verrianaque. — Eodem ducit recensus eorum auctorum, qui in Solinianis illis operis chronographici reliquiis citantur. sunt autem hi: Graeci *Agathocles* (Müller fragm. hist. 4, 290) p. 3, 10; *Apollodorus* p. 7, 6; *Eratosthenes* p. 7, 6; *Heraclides* (Müller 3, 167) p. 3, 6; *Silenus* (Müller 3, 100) p. 5, 11; *Zenodotus* (Müller 4, 531) p. 33, 12. item Latini *M. Antonius* p. 34, 12; *Bocchus* p. 25, 9. 34, 11. 36, 2; *M. Cato* 'in oratione senatoria' p. 117, 9, opere non enuntiato p. 31, 9. 33, 3; *Cincius* p. 7, 5; *C. Coelius* p. 39, 3; *Cosconius* p. 35, 4; *Gellius* p. 4, 5; *Hemina* p. 34, 7. 35, 7; *Lutatius* p. 7, 6; *Nepos* p. 7, 6 (cf. p. 220, 31); *Pictor* p. 7, 5; *Pomponius Atticus* p. 7, 7; *Sextius* p. 33, 4; *L. Tarruntius* p. 5, 23; *M. Tullius* p. 7, 8; *Varro* p. 5, 16, quibus adde si placet *Praenestinos libros* p. 33, 13. quorum ut et Graecos mittamus et eos, de quibus aliunde non constat: M. Antonium (quem Servius ad Aen. 12, 753 citat), fortasse Gniphonem; C. Coelium, diversum omnino a notissimo scriptore L. Coelio Antipatro, fortasse eundem quem citant Strabo 5, 3, 3 p. 230 et Servius ad Aen. 10, 145; Cosconium, qui vix potest fuisse citatus a Varrone 6, 36. 89; Sextium distinguendum a philosophis Sextiis sectae Pythagoricae; Bocchum denique, de quo mox dicetur, restant rerum scriptores aetatis liberae rei publicae probatissimi quique Pictor, Cincius sive verus sive simulatus,

Auctores a chr nicorum Solini norum scripto adhibiti.

Cato, Hemina, Gellius, Lutatius (cf. C. I. L. 1 p. 1[2] p. 313 ad fastos Praenest. Mart. 23), item recentiores Varro Cicero Tarruntius (v. chronol. meam p. 146) Atticus Nepos: nec quisquam laudatur quem post Nepotem vixisse constet. quocum optime convenit non solum quod res quae afferuntur descendunt fere ad Augustum, sed maxime quod loco insigni p. 8, 6 traditur anno u. c. secundum Catonem 801, id est p. Chr. 49, actis publicis adnotatam esse olympiadem CCVII. quem annum potissimum cur chronographus posuerit nulla causa apparet, cum praesertim ludi saeculares celebrati essent biennio ante p. Chr. 47, nisi ponas eum eo fere tempore librum edidisse. quae de chronicorum horum aetate opinatio ita omnibus numeris satisfacit, ut equidem non dubitem edita ea esse imperante Claudio. nec fortasse ipsum auctoris nomen apud Solinum desideratur. nam cum appareat ex scriptoribus, qui ab eo laudantur in chronographicis, certorum quos supra recensui nullum ipsorum chronicorum auctorem haberi posse nec magis quae de incertis quattuor primis afferuntur ullam eiusmodi suspicionem moveant, longe diversa est ratio Bocchi. is enim non solum citatur ter, cum sit omnium minime illustris, sed citatur etiam non tam ad rem aliquam a paucis traditam vel controversam probandam quam de rebus apud chronographos omnes relatis et fere tralaticiis, ut sunt aetas Sibyllae Delphicae p. 36 et Polymestor Olympionica p. 25, 9. Bocchus autem hic Solinianus haud scio an sit Cornelius Bocchus is, quem inter auctores Latinos recenset Plinius in indicibus l. 16. 33. 34. 37 quemque citat cum propter gemmas quasdam Hispanicas omnes (37, 24. 97. 127) tum ad originem Sagunti declarandam conditi secundum Bocchum a Zacynthiis anno CC ante excidium Troiae (16, 216) quemque probabile est ipsum esse cui dedicati sunt tituli duo in Lusitania inventi (cf. Huebner in Hermae vol. 1 p. 397) C. I. L. II, 35: *L. Cornelio C. f. Boccho flam(ini) provin(ciae), tr(ibuno) mil(itum) colonia Scalabitana ob merita in colonia[m]* et II, 5184: *[L. C]ornelio L.* (vel *C.*) *f. [B]occho [flamin]i provinc(iae) [tr(ibuno)] mil(itum) leg(ionis) III Aug(ustae).* Bocchiana apud Plinium relata licet in quibusdam mire conveniant cum Solinianis, tamen cum omnia pertineant ad Hispaniam neque omnia locum habere potuerint in opere chronographico, magis putarim Plinium non eo usum esse, sed eiusdem viri libro diverso fortasse de admirandis Hispaniae. — Hoc denique facile apparet chronicorum auctorem scripsisse Latine hominibusque urbanis, cum locorum indicationi vel praecipuam et tanquam exegetae curam impendat et ubi aedificium antiquum commemorat addere soleat, quid pro eo eodem loco nunc sit (v. p. 4, 1—7, 4).

Chronica Soliniana edita imperante Claudio.

Chronicorum Solinianorum auctor Bocchus.

Chorographia deperdita adhibita a Solino

Quamquam autem eorum quae leguntur apud Solinum non petita ex Plinio Melave pleraque et eximia quidem fere omnia ex chronicis illis de quibus diximus oriunda videntur esse, collectaneorum auctor quartum praeterea librum adhibuerit necesse est, nimirum chorographiam aliquam, in qua orbis terrarum variaque in eo mira percenserentur: cuius generis exempla suppeditabunt Sicula 48, 7—21. 50, 13—53, 10. 54, 6. 7; Cretensia p. 72, 2—5. 72, 10—73, 12. 17. 18; Britannica fere universa p. 99—103. haec ita solent comparata esse, ut de finibus uniuscuiusque terrae vulgaria tradantur, curatius tractentur naturae miracula eaque quae cum mythologia coniuncta sunt, ut exempli causa Ulixis vestigia deprehenduntur in Caledonia (p. 100, 3) et Olisipone (p. 104, 3), in Orestide enarratur fuga Orestis (p. 63, 14—19), Icosium Mauretaniae constitutum esse narratur ab Herculis comitibus viginti (114, 1—4). euhemerismi indicium prae se fert iudicium de Amphione p. 59, 6 aliaque. denique eodem referemus physica pauca de mundi natura p. 152, 7. 8. 157, 5—9, maxime de mundi natali p. 141, 12. 13. 146, 11—18 annoque magno p. 151, 1—3. — In hac operis parte etsi plura leguntur vulgaria et contemnenda, ne hic quidem desunt, quae rerum accuratam notitiam prodant, ut exempli causa quae produntur de vocabulis Cretico p. 73, 3 et Syriaco p. 162, 4, item quae narrantur de Sardinia p. 46, 3 sq. similia Sallustianis (hist. fr. 2, 2 Dietsch.). — Auctores in fragmentis his chorographicis consentaneum est citari longe rarius quam in chronographicis; citantur autem duo soli Varro et Granius Licinianus, et ille quidem quinquies, semel adiecto libri titulo *de litoralibus* p. 72, 17, quater nude p. 57, 8. 60, 6. 116, 6. 148, 1, qui quattuor loci versantur omnes in fontium fluminum marium nominibus et miraculis enarrandis videnturque omnino ex eodem opere desumpti esse omnes. nec diversum fuit, id quod multi iam observarunt (v. Ritschelius in egregio commentario de litteratura Varroniana mus. Rhen. 6, 534 = opp. 3, 473), opus illud *de litoralibus* ab eo, quod sub titulo Varronis *de ora maritima* Servius laudat (in Aen. 1, 108. 111. 5, 19. 8, 710), duos id pluresve libros comprehendisse significans, quorum aliquem fuisse conicias librum *de aestuariis* citatum ab ipso Varrone (9, 26). aliis denique nec paucis huius ordinis locis Varroniana proferri sine nomine auctoris consentaneum est. pluribus et egregie plane haec exposuit Reitzenstein in Hermae vol. 20 p. 525 seq. 548. — De Granio Liciniano infra (p. XXIII) dicetur.

Varronis de litc ralibus librorui apud Solinum fragmenta.

Soliniana reliqu non Pliniana; item quo consi lio additament haec non Pliniana Plinianii interposita sint quaeritur.

Restant denique apud Solinum originis incertae alia minora fere et ita comparata, ut cum narratio ipsa aperte ex Plinio Melave pendeat, tamen apud Solinum quaedam inveniantur, quae non leguntur apud illos neque addi potuerunt, nisi ab homine sane erudito cuique ad partem

certe earum copiarum, quibus ipsi usi sunt Plinius et Mela, pariter aditus pateret. de quibus ita disputabitur, ut simul complectamur totam quaestionem de eorum, quae Plinianis adiecta inveniuntur apud Solinum, ratione et origine. quo referendae sunt primum iis, quae Plinius Melave referunt sine auctore, adscriptae auctoritates *Archelai* regis p. 186, 15; *Crispi* p. 46, 4; *Democriti* physici p. 13, 4. cf. p. 45, 15; *Homeri* p. 61, 10. 62, 4; *Iubae* regis p. 119, 10. 186, 15; *Metrodori* p. 42, 1; *Theophrasti* p. 87, 2; *Zoroastris* p. 41, 16. 159, 9. quamquam verum est haec aut omnia aut pleraque admodum suspecta esse et conturbata. nam ut Punicos libros p. 138, 4 constat non alios esse quam ipsius Iubae regis simul citatos, ita non magnam fidem habebimus Solino p. 119, 10 ea quae Plinius scribit se audivisse referenti ex eodem Iuba, vel Theophrastum citanti de ea re quae nec dixit is nec facile dicere potuit, nec pro Plinii Myrsilo Crispum laudanti, quamquam similia vere videtur Sallustius posuisse in historiis. Metrodori porro adlegatio etsi per se suspicione caret, tamen quid vetat in tali auctore cogitare de confusione, cum Plinius in libro de gemmis Metrodorum saepenumero citarit? reliqua denique aut facillime similiter explicantur aut vulgaria sunt. — Aliis locis item adscripta reperiuntur praenomina a Plinio omissa: ut p. 20, 8. 9 Cn. Pompeio et C. Vibio; p. 20, 15 M. Messallae; p. 30, 9 M. Fulvio Flacco (qui tamen Plinii auctori Valerio Maximo 8, 15, 12 dicitur Quintus, ut Valerius de consule a. 517, Solinus Solinive auctor de patre eius consule a. 490 cogitasse videatur); p. 115, 13 L. Domitio Ahenobarbo. alibi tempus definitur, ut Metrodorus p. 27, 22 dicitur vixisse temporibus Diogenis cynici confundente scilicet scriptore Metrodoros Scepsium et Atheniensem (v. Salmas. p. 36): item ad narrationem de Orestis ossibus inventis p. 22, 3 olympias adiecta est. Denique aliis locis quae Plinius breviter indicarat explicantur augenturve. ita Deli nominibus a Plinio simpliciter relatis apud Solinum p. 74, 19 subicitur Asteriam insulam dici a cultu Apollinis, Lagiam et Cynethonem a venatibus: ita p. 125, 8 cum Plinius scribat Tritoniam paludem Pallantiam appellari Callimacho, Solinus narrat Minervam in ea se speculatam esse. denique cum Plinius 4, 16 sic scribat de agro Laconico: *oppida Taenarum, Amyclae. Pherae, Leuctra: et intus Sparta, Therapnae, atque ubi fuere Cardamyle, Pitane, Anthia, locus Thyreae, Gerania, mons Taygetus, amnis Eurotas*, eadem plane oppida recensentur apud Solinum p. 56, 8—17, nisi quod omittuntur Pherae et Gerania, eodemque fere ordine, transpositis tantummodo Leuctris et Cardamyle: sed nudis nominibus Plinii adduntur res memoratu dignae, ad Amyclas causa interitus silentium, ad Leuctra pugna, ad Spartam aedis Castorum aliaque, ad Therap-

nen Diana, ad Pitanen Arcesilas ibi natus, ad Thyreas pugna inter Lacones et Argivos. similem rationem inter Pliniana et Soliniana persequi licet usque ad p. 57, 7. — Quae qui probe expenderit, simul universam Soliniani operis naturam et originem tenebit. pendent quidem collectanea tota a Plinio nec solum materiem inde pleramque traxerunt sed etiam quodammodo operis formam: at exhibent Pliniana non qualia primum prodierunt qualiaque nos ea legimus, sed aucta subinde. ita factum est, ut ea quoque Soliniana, quae non leguntur apud Plinium, inter Pliniana reperiantur sic inserta, ut eodem nexu et quasi eodem spiritu contineantur (vide inter alia multa p. 15, 4—16, 1. 18, 15—19), denique etiam in iis, quae non petita sunt ex Plinio quem habemus, nihilo minus plerumque statim appareat, cui loco Pliniano additamentum de quo agitur olim adiectum fuerit. ex hac epitome chorographica Pliniana aliunde aucta proficisci videntur non tantum additamenta de quibus proxime egimus minora, sed etiam sumpta ex Mela quaeque superius ex operibus chronographico et chorographico deperditis repetivimus. — Apparet praeterea Plinianum illum velut continuatorem taedio opinor laboris oppressum non pervenisse ad eum quem sibi proposuerat finem. nam cum opus ita instituisset, ut geographicis maximam partem ex Plinio sumptis insereret suis locis excerpta selecta ex Plinianis libris reliquis aliisque auctoribus, et in Plinio substitit post librum undecimum, qui est de arboribus externis, omissis reliquis excepto ultimo de gemmis, et Mela non usus est post p. 186, 15, chorographia altera uti desiit p. 188, 10, denique opus chronographicum cum initio in parte quae est de Roma et Italia insulisque Italicis, item in enarranda Graecia et Macedonia adsidue compilavisset et origines urbium regumque ordines staminibus suis non indiligenter intexuisset, a capite fere decimo seposuit nec nisi raris locis postea inspexit. ita evenit, ut opus ut non formosum superne, ita non plane contemnendum, in piscem desinat maenis potius quam mullis adnumerandum.

Plinii naturae historia ad cho rographiae fo mam redacta aucta.

Extitit igitur post Plinium, qui eius naturae historiam ad chorographiae formam redigeret et ita redactam excerptis aliorum auctorum chorographorum et chronographorum ampliaret homo non indiligens, quamquam non eadem diligentia per universum operis decursum usus, et multae lectionis. at non ipse Solinus laborem eum perfecit, immo chorographiam illam satis habuit in epitomen redigere. adsunt enim argumenta certa, licet adhuc non satis intellecta, unde efficias eum librum, quem nos habemus inscriptum Solini nomine, olim extitisse forma maiore et uberiore. intellego Appulei in floridis (2, 12) locum de psittaco Pliniani (10, 117. 119) et Soliniani (p. 191, 8—192, 1) simillimum. de qua simi-

Chorographiae Plinianae epit mas fecisse S linum.

Ex chorographia Pliniana excerpta apud Appuleium.

litudine ut facilius iudicetur, tres locos omnes composuimus ad ordinem Plinianum, reliquorum auctorum ordine indicato numeris adscriptis.

PLINIVS:	APPVLEIVS:	SOLINVS:
India hanc *avem mittit*, psittacen vocat	[1]) Psittacus avis Indiae	[1]) Sola *India mittit avem* psittacum
viridem toto corpore	[2]) color psittaco viridis	[2]) colore viridem
torque tantum *miniato* in cervice *distinctam*.	[3]) sola cervice *distinguitur* . . . cervicula eius circulo *mineo* velut aurea torqui . . cingitur.	[3]) torque puniceo.
capiti eius duritia eadem quae rostro.	[5]) . . . capitis eadem duritia quae rostri.	[5]) caput . . tam valens,
hoc, cum loqui discit, ferreo *verberatur* radio: non sentit aliter ictus.	[6]) cum sermonem nostrum cogitur aemulari, ferrea *clavicula* caput tunditur, imperium magistri ut persentiscat	[6]) ut, si quando ad discendum plagis sit admonendus (nam studet ut quod homines loquatur), ferrea *clavicula* sit *verberandus*.
cum devolat, rostro se excipit, illi innititur leviorемque ita se pedum infirmitati facit.	[4]) rostri prima duritia: cum in petram quampiam concitus altissimo volatu *praecipitat*, rostro se velut ancora excipit.	[4]) rostri tanta duritia est, ut cum e sublimi *praecipitat* in saxum, nisu se oris excipiat et quodam quasi fundamento utatur extraordinariae firmitatis.
. . . . verum addiscere, alias (picas) negant posse quam ex genere earum quae glande vescantur	[8]) verum ad disciplinam humani sermonis facilior est psittacus glande qui vescitur	
et inter eas facilius quibus quini sint digiti in pedibus.	[9]) et cuius in pedibus ut hominis quini digituli numerantur.	[8]) inter nobiles et ignobiles (psittacos) discretionem digitorum facit numerus: qui praestant, quinos in pedes habent digitos, ceteri ternos.
ac ne eas quidem ipsas nisi primis duobus vitae annis.	[7]) discit autem statim *pullus* usque ad duos aetatis suae annos, dum facile os uti conformetur, dum tenera lingua uti convibretur; senex autem captus *et indocilis est et obliviosus*.	[7]) dum *in pullo* (*al.* pullus) est atque adeo intra alterum aetatis suae annum, quae monstrata sunt et citius discit et retinet tenacius: paulo senior *et obliviosus est et indocilis*.

PLINIVS:	APPVLEIVS:	SOLINVS:
latior his est lingua.	[10]) *lingua latior quam ceteris avibus;* eo facilius *verba* hominum *articulant.*	[9]) *lingua* lata multoque *latior quam ceteris avibus:* unde perficitur, ut *articulata verba* penitus eloquatur.

Appuleius et Solinus cum pendeant uterque ex solo Plinio, mire inter se consentiunt non solum in locutionibus, quae absunt a Plinio, et in enuntiatorum ordine diverso a Pliniano, sed etiam quae de picis Plinius scribit pari errore referunt ad eos de quibus proxime Plinius egit psittacos, ut aut alter alterum expilarit necesse sit aut ambo communem auctorem qui nunc non extat. iam vero Appuleius auctor aetatis Antoninianae quominus pendeat a Solino, impedit cum Soliniani libri universa indoles sermoque a secundo saeculo nimium quantum abhorrens, tum quod plenior est narratio Appuleiana quam Soliniana, a qua abest caput Appuleianum quod supra fecimus octavum. contra Solinum haec adscivisse ex Appuleio censuit Salmasius (p. 713) non magis probabiliter: nam cum per totum librum Solinus Plinio se manciparit totusque sit in eo ita amplificando et ita perturbando, ut caput de psittacis picisque amplificatum et perturbatum esse modo vidimus, denique locus de psittaco extet apud eum inter solita excerpta Pliniana et in ea quidem operis parte, quae Pliniana tota est, hunc de psittaco locum Solinum petitum ivisse ab Appuleio, quem praeterea attigit nusquam, nonne prodigiosum est vel potius ineptum? accedunt vestigia paullo obscuriora, sed non minus certa, maxime in capitibus quae nos fecimus Solini primum et quartum, locutionum Plinianarum ibi retentarum a Solino, ubi eas mutavit Appuleius. quare cum harum opinionum neutra probari possit, non restat nisi tertia pendere tam Appuleium quam Solinum ab auctore hodie deperdito Plinii et epitomatore et amplificatore.

Ex chorographia Pliniana excerpta apud Ammianum.

Idem plane obtinet de Ammiano scriptore saeculi quarti exeuntis, quem hodie solent recensere inter Solini expilatores parum considerate. vera ratio ut perspiciatur, subiecimus locum Ammiani 31, 2, 14. 15 quaeque ei respondent cum apud Solinum p. 82, 11 sq. tum apud Melam Pliniumque. agit Ammianus de Neuris Budinis Gelonis Agathyrsis Melanchlaenis Anthropophagis magnoque post hos deserto: idem ordo est apud Solinum, nisi quod omittit hic Budinos et Melanchlaenas: iidem denique populi nominantur alii apud Plinium (qui etiam Budinorum meminit 6, 88) alii apud Melam (apud quem mentio fit Melanchlaenarum 2, 1, 14), sed ordine diverso.

MELA 2, 1, 14:	PLINIVS	AMMIANVS:	SOLINVS:
Geloni hostium cutibus equos seque velant, illos reliqui corporis, se capitum.		Geloni perquam feri, qui detractis peremptorum hostium cutibus indumenta sibi equisque tegmina conficiunt bellatoria (?).	Geloni ad hos proximant. de hostium cutibus et sibi indumenta faciunt et equis suis tegmina.
MELA 2, 1, 10:			
Agathyrsi ora artusque pingunt: ut quique maioribus praestant, ita magis aut minus, ceterum iisdem omnes notis et sic, ut ablui nequeant.		Gelonis Agathyrsi conlimitant interstincti colore caeruleo corpora simul et crines, et humiles quidem minutis atque raris, nobiles vero latis fucatis et densioribus notis.	Gelonis Agathyrsi conlimitantur caerulo picti, fucatis in caerulum crinibus, nec hoc sine differentia: nam quanto quis anteit, tanto propensiore nota tinguitur, ut sit indicium humilitatis minus pingi.
MELA 2, 1, 13:	PLINIVS 6, 53:		
apud Anthropophagos ipsae etiam epulae visceribus humanis apparantur.	Anthropophagi Scythae insident humanis corporibus vescentes.	post hos Melanchlaenas et Anthropophagos palari accepimus per diversa, humanis corporibus victitantes.	post Anthropophagi, quibus execrandi cibi sunt humana viscera.
	PLINIVS 6, 53:		
	ideo iuxta vastae solitudines . . .	quibus ob haec alimenta nefanda desertis finitimi omnes longa petiere terrarum.	quem morem impiae gentis adiacentium terrarum prodit tristissima solitudo, quas ob nefarium ritum finitimae nationes profugae reliquerunt.
	PLINIVS 6, 53—54:		
	.. deserta cum beluis usque ad iugum incubans mari quod vocant Tabim. nec ante dimidiam ferme longitudinem eius orae quae spectat aestivum orientem inhabitatur illa regio. primi sunt hominum qui noscantur Seres.	ideoque plaga omnis orienti aestivo obiecta, usque dum venitur ad Seras, inhabitabilis mansit.	ea causa est, ut usque ad mare quod Tabin vocant per longitudinem eius orae, quae aestivo orienti obiacet, sine homine terra sit et inmensa deserta, quoad perveniatur ad Seras.

Adnotationes pleraeque Ammiani et Solini cum paene ad verbum consentiant, apparet alia Ammiano, alia Solino propria esse: denique quae de Neuris uterque tradit, plane diversa sunt. itaque neque a Solino pendet Ammianus neque Ammianus a Solino, sed tam hic quam ille petiverunt haec ex commentario deperdito, qui Plinium Melamque iam ita fere exhibuerit contaminatos, ut apparent apud Solinum eumque fere rerum ordinem constituerit, quem tam Ammianus quam Solinus presse secuti sunt. — Addam ex multis alium locum, unde confirmatur in Ammianis his Solinianisque eiusdem libri duas epitomas superesse inter se diversas:

PLINIVS 9, 107—116:	AMMIANVS 23, 6, 85—88:	SOLINVS 53, 23—28:
has (conchas) ubi genitalis anni stimularit hora, pandentes se quadam oscitatione impleri roscido conceptu tradunt,	margaritae repperiuntur in testis marinis robustis et candidis permistione roris anni tempore praestituto conceptae. cupientes enim velut coitum quendam umores ex lunari adspergine capiunt densius oscitando.	conchae sunt, in quibus hoc genus lapidum (margaritae) requiritur, quae certo anni tempore luxuriante conceptu sitiunt rorem velut maritum, cuius desiderio hiant: et cum maxime liquitur lunaris imber (lunares liquuntur aspergines *cl. III*), oscitatione quadam hauriunt umorem cupitum.
	exindeque gravidulae edunt minutas binas aut ternas, vel uniones ideo sic appellatas, quod evisceratae conchulae singulas aliquotiens pariunt, sed maiores.	sic concipiunt gravidaeque fiunt.
gravidas postea eniti partumque concharum esse margaritas pro qualitate roris accepti:		de saginae qualitate reddunt habitus unionum:
si purus influxerit, candorem conspici,		nam si purum fuerit, quod acceperint, candicant orbiculi lapillorum,
si vero turbidus, et fetum sordescere: eundem pallere caelo minante conceptum.		si turbidum, aut pallore languent aut rufo innubilantur.
ex eo quippe constare caeli quietis maiorem societatem esse quam maris,	idque indicium est aetherea potius derivatione, quam saginis pelagi hos oriri fetus et vesci,	ita magis de caelo quam de mari partus habent.

PLINIVS:	AMMIANVS:	SOLINVS:
inde nubilum trahi colorem aut pro claritate matutina serenum.	quod guttae matutini roris iisdem infusae claros efficiunt lapillos et teretes, vespertini vero flexuosos contra et rutilos et maculosos interdum.	denique quotiens excipiunt matutini aëris semen, fit clarior margarita, quotiens vespere, fit obscurior
si tempestive satientur, grandescere et partus.	minima autem vel magna pro qualitate haustuum figurantur casibus variatis.	quantoque magis hauserit, tanto magis proficit lapidum magnitudo.
si fulguret, comprimi conchas ac pro ieiunii modo minui, si vero etiam tonuerit, pavidas ac repente compressas quae vocant physemata efficere, specie modo inani inflatas sine corpore: hos esse concharum abortus.	conclusae vero saepissime metu fulgurum inanescunt aut debilia pariunt aut certe vitiis diffluunt abortivis.	si repente micaverit coruscatio, intempestivo metu comprimuntur clausaeque subita formidine vitia contrahunt abortiva, aut enim perparvuli fiunt scrupuli aut inanes.
post alia:		*post alia:*
concha ipsa cum manum vidit comprimit sese . . . . . . inter scopulos maior pars invenitur, in alto quoque comitantur marinis canibus.	capturas autem difficiles . . . . illa efficit ratio, quod frequentari sueta litora propter piscantium insidias declinantes, ut quidam coniciunt, circa devios scopulos et marinorum canum receptacula delitescunt.	piscantium insidias timent conchae: unde est, ut aut inter scopulos aut inter marinos canes plurimum delitescant.
post alia:		*post alia:*
in Britannia parvos atque decolores nasci certum est.	quod genus gemmae etiam in Britannici secessibus maris gigni legique, licet dignitate dispari, non ignoramus.	dat et India margaritas, dat et litus Britannicum.

Etiam de Nilo mirabilia apud utrumque relata (Amm. 22, 15, 3—13; Solin. 32, 1—16) qui inter se contulerit, item reperiet pendere utrumque a Plinio, sed ita, ut Ammianus habeat a Solino praetermissa, ut mentionem etesiarum (Amm. § 7 = Pl. 5, 54), nomina septem ostiorum (Amm. § 10 = Pl. 5, 64), denique Nilum non *fluere*, sed *ruere* Plinii § 54 totidem verbis repetere Ammianum § 9, cum apud Solinum § 7 sit *ruere* Nilum potius quam *manare*. cf. item Amm. § 12, Pl. § 57, Sol. § 12. 13. nec rarus est eiusmodi consensus inter Ammianum et Solinum etiam in iis quae non habet aliterve habet Plinius: ita

Ammianus § 8 et Solinus § 2 praeter Iubam Punicos libros citant, quorum non meminit Plinius: ita *controversi spiritus* sunt tam apud Ammianum § 7 quam apud Solinum § 10 non petiti ex Plinio. Reliqua quoque Soliniana et Ammiana qui inter se compararit, eandem deprehendet ubivis inter ea intercedere rationem.

Chorographiam Plinianam editam videri imperante Hadriano Piove.

Quare cum Solini librum ipsum supra dixerimus non antiquiorem esse saeculo tertio, nunc addendum est ipsum opus, quod in breve contraxit quodque chorographiam Plinianam nuncupavimus, iam in hominum manibus fuisse aetate Antoniniana teste Appuleio eius aetatis scriptore. scripta autem est chorographia ea non ante Hadrianum, cum inter auctores quos laudat inveniatur Granius Licinianus bis citatus nomine Granii p. 41, 7, Liciniani p. 34, 14, iam ex ignobili celebratus propter historiarum reliquias nuper litteris restitutas. cuius de aetate operibusque quaestio admodum perplexa cum hoc loco retractari nequeat, tantum breviter significabimus deprehensa esse in Liciniani reliquiis Londiniensibus certa aetatis aut Hadrianae aut Hadriano posterioris indicia, maxime Olympiei quod fuit Athenis ab Hadriano absoluti significationem non obscuram: mihi autem et Granios Licinianum et Flaccum diversos videri neque interpolatum Liciniani opus ab auctore aetatis posterioris. quae si vera sunt, inde colligemus Plinianam chorographiam, quam in compendium redegit Solinus, conscriptam esse saeculo secundo imperante Hadriano aut Antonino Pio. — Auctor libri quem breviavit si quidem nomine laudatur a Solino, non potest esse nisi ipse Licinianus: nulla tamen causa fuit, cur nomen poneret. eodem iure et fortasse meliore conicias chorographiam illam alteram deperditam una cum Pomponiana ab auctore huius libri adhibitam ad Plinium augendum fuisse Liciniani, utpote qui in reliquiis eius operis praeter Varronem solus citetur (p. XV). sed de ea quoque coniectura dicendum erit non satis apparere, cur Solinus, qui nec Melam nec ipsum Plinium usquam verbo memoret, alterius operis chorographici auctorem enuntiare debuerit nec tales rationes, quales de Boccho supra attulimus, praesto esse de Liciniano. — Sed mittamus haec: omnino enim quaestio de chorographia illa Pliniana huius nostrae opellae terminos excedit. nam ei ut satisfiat, ante omnia diligenter circumspiciendum erit, quid ex illo opere multum sane lectitato a saeculo inde secundo praeter Solinum alii auctores servarint: nec quaestio ea cohibenda erit intra Appuleium et Ammianum. disputationem de anno Romano, qualis legitur tam apud Solinum quam apud Censorinum in libro edito a. p. Chr. 238 et Macrobium scriptorem saeculi quinti, post alios ego docui (in chronol. p. 19) ita comparatam esse, ut tres quos habemus enarratores pendeant ab auctore

De Granio Liciniano.

Chorographiam Plinianam qui nam praeterea usurparint.

communi: quem quominus statuamus fuisse eum qui Plinium ad chorographiae formam redegit aetate Hadriana nihil videtur obstare. nam ad Varronem quidem semper ea res redibit tamquam auctorum auctorem: nec tamen crediderim Censorinum Solinum Macrobium ipsos legisse Varronis volumina supra suae aetatis modum docta. — Denique de quibus per hos annos saepe disputaverunt critici Pliniani additamenta vetusta ad septimum potissimum Plinii librum (7, 55. 73. 74. 91. 122. 123), re magna certe ex parte Plinianis nullo modo inferiora, sed in uno tantum alterove codice, maxime in Vesontino Chiffleti neque ibi nisi ad marginem reperta, proclive est repetere ab illa tanquam altera eaque aucta Plinii editione, cum praesertim qui hanc curavit eum sedulo librum Plinii de homine retractasse etiam ex Solino constet.

II. SVBSIDIA CRITICA

A. Compilatores Solini collectaneorum.

Supra vidimus ante saeculum quintum incipiens inter auctores superstites nullum inveniri, qui Solini collectanea adhibuerit; ab hoc inde tempore qui iis usi sint scriptores iam enumerabuntur [1]). antiquiorum loci Solinianis respondentes compositi reperientur in indicibus volumini huic adiectis.

1. AVGVSTINVS in commentariis de civitate dei editis c. a. 426 coniunctos fere adhibuit Plinium Solinumque. nam quae rettulit duobus locis ex *gentium historia* (16, 8, 1. 21, 6, 1) seu *curiosiore historia* (16, 8, 1; cf. 21, 7 extr.) sive *historia non factorum et transactorum, sed manentium locorum* (21, 5, 2), eorum quae priore loco (16, 8, 1) leguntur, aperte descripta sunt ex Plinii naturae historiae libro septimo (§ 15—30) ita, ut saepe ipsa verba Plinii retineantur, cum Solinus eadem aut non habeat (ut locum de androgynis) aut aliter referat (ut locum de monocolis p. 187, 22 aliaque): contra quae secundo loco (21, 5, 1) referuntur, ea vel in ipso rerum ordine (qui secundum Solinum est 5, 18. 29, 4. 7, 2. 13. 32, 35. 35, 8. 37, 16. 21. 45, 18. 52, 49) fere Solini libellum sequuntur omniaque haec apud Solinum redeunt, cum quaedam, ut loci de asbesto et de pomis Sodomorum, apud Plinium non adsint. quam ob rem etsi fieri potest, ut Augustinus non Solinum adhibuerit, sed eum quem is epitomavit, tamen magis crediderim voluisse eum quae adhuc habemus Plinii Solinique volumina.

---

1) Auctores ecclesiasticos Hieronymum Ambrosium Augustinum iisdem fere verbis saepe mutuatos esse sententias Solini in vita eius editioni (Viennae 1520) praemissa scribit Iohannes Camers; meminisse Solini ex patribus Hieronymum Ambrosium Augustinum posuit Camertem opinor secutus Ger. Io. Vossius (de hist. lat. l. III s. v.), quem deinde Fabricius aliique exscripserunt. certos vero locos Hieronymi Ambrosiive ex Solino desumptos cum nemo demonstrarit, ego quoque nullos novi neque fateor multum quaesivi.

2. MARCIANVS CAPELLA auctor aetatis incertae, nisi quod constat eum scripsisse ante a. 498 (cf. Rossi inscr. christ. U. R. I p. 476), commentariorum suorum sextum ita concinnavit, ut modo Plinium, modo Solinum, initio magis illum, in fine hunc potius expilaret neque praeter hos in hac quidem operis parte auctorem alium adhiberet: qua de re in universum recte exposuit Frid. Lüdecke (de Marciani Capellae libro sexto. Gottingae 1862 p. 13 sq.). nec desunt apud Capellam errores ex ipsius Solini verbis male lectis explicandi. ita cum Solinus p. 208, 3 scripsisset: *habitari etiam addit Aethiopiae adusta Trogodytarum et Ichthyophagorum nationibus*, Capella 6, 702 (ut observavit Lüdecke l. c. p. 31) *abdita* legens pro eo quod est *addit* vel *addita* (hoc enim habent libri plerique) inde fecit: *habitantur etiam abdita Aethiopiae et adusta Trogodytarum et Ichthyophagorum gentibus.* item p. 214, 1 cum scripsisset Solinus: *tertia* (insula) *huic proximat eodem nomine,* quae respondent Plinianis 6, 204: *ab ea in vicino eodem nomine minorem,* Capella 6, 702, ut observavit Salmasius (exerc. Plin. p. 927 *B*) et nos supra iam tetigimus, male iungens *proxima teodem nomine* sic locum expressit: *tertia Teode.*

3. LIBER GENEALOGVS (chronica minora vol. 1 p. 154 seq.) editus a. 455, sed postea auctus (l. c. p. 155) Soliniana quaedam (vide ad p. 205, 11. 206, 16) sub nomine auctoris adlegavit.

4. SCHOLIA AD VERGILIVM non Serviana, sed Servianis addita quantum vidi, uno solo loco (ad p. 34, 11, cf. ad p. 151, 1. 153, 13) Soliniana afferunt. nam ad georg. 2, 215 verba tradita *Solinus et Nicander qui de his rebus scripserunt* corrupta esse viri docti (v. Thilo ad h. l.) recte observaverunt.

5. SCHOLIA AD LVCANVM antiquiora, scilicet Bernensia aliquot locis (ad p. 65, 1. 129, 1; cf. p. 153, 13. 192, 9) Solino usa sunt. recentiora multa inde habent a me fere spreta (cf. ad p. 6, 7. 142, 5. 147, 13), ut sperni potuerunt similia inde adlata a MYTHOGRAPHO VATICANO PRIMO (ad p. 142, 5).

6. PRISCIANVS in institutionibus grammaticis scriptis saeculo VI ineunte pluribus locis diserte citat Solinum: praeterea periegesi Dionysianae Latine a se versae (nam de auctore satis constat) quae adiecit, paucissimis exceptis (v. 185—187 de Didone; v. 556 de Proconeso; v. 772 de Byzantio) omnia petiit ex Solino.

7. IORDANES in Geticis editis a. 551 sive de suo sive secutus auctorem Cassiodorum Soliniana quaedam adhibuit (v. praef. editionis meae p. XXXI).

8. ISIDORVS Hispalensis († a. 636) in libro de natura rerum Solinum citat nominatim. in etymologiis etsi ex operis instituto auctores non adscribit, tamen multis locis eum pendere ex Solino cum propter alia argumenta certum est tum quod interdum ita erravit, ut ipsa Solini verba ante oculos eum habuisse pateat. sic 14, 3, 32 ex Solini loco p. 86, 3: *Heniochorum montes Araxen, Moschorum Phasidem fundunt* haec effecit: *habet et flumina magna Oscorum Phasidem atque Araxen*; quem errorem Isidorus, si hoc loco Solini auctorem Plinium secutus esset, nequaquam commisisset[1]. in magno opere quid ex Solino sumptum sit, ego post etymologiarum editores in editione priore quantum potui investigavi; in hac accesserunt alia petita ex commentario Henrici Dressel (*Rivista di filologia* vol. 3 a. 1875 p. 247 sq.) de auctoribus ab Isidoro adhibitis, alia quae mecum amice communicavit etymologiarum editor futurus Bernardus Kübler. eundem item consulere potui de lectione vere Isidoriana in editionibus passim obscurata, quamquam ex apparatu inchoato tantummodo de ea nondum ita nobis constabat, ut constabit aliquando ex ipsa quam parat recensione. — Ceterum excerptorum Solinianorum tam apud Isidorum quam apud Augustinum et Capellam investigatio eo praesertim impeditur, quod omnes una cum Solino auctorem eius praecipuum Plinium ita adhibuerunt, ut saepe ambos scriptores simul inspicerent et in eodem capite utriusque verba miscerent. coniuncta haec Pliniani et Soliniani librorum usurpatio non solum obtinuit extrema litterarum Latinarum aetate, id est Constantinopolitana, sed adeo ad medii aevi incipientis grammaticos videtur propagata esse: certe Dicuil monachus Scotus saeculi noni incipientis cum narrationem compilet ex Plinio fere et Solino, tralaticiam quandam horum auctorum coniunctionem scholasticam secutus videtur esse. Byzantiorum autem grammaticorum in scholis Solinum lectum esse et explanatum cum non tradatur, ducit eo cum quod Theodosius II eum manu sua descripsit tum quod Priscianus eo utitur tanquam sermonis Latini teste idoneo.

9. ALDHELMVS, qui obiit a. 709, in epistula ad Acircium Solinum nomine citat. adhibui editionem operum eius quam curavit Giles Oxonii a. 1844.

10. BEDAE historia ecclesiastica edita a. 731.

1) Aethicus qui dicitur quae cum Solino communia habet (cf. Wuttke in praef. p. XXIX. LXVIII. CXLV), ut quod Albani *albo crine* nascuntur (c. 63 p. 42, 31 Wuttke = Solinus 15, 2) et de grypibus quae narrat (c. 67 p. 48, 27 Wuttke = Solinus 15, 22) veniunt ex Isidoro, quo Aethicum usum esse etsi editor negat, nihilominus certum est. Solinum Aethicus non adhibuit.

11. DICVIL monachus ex Hibernia oriundus libello de mensura orbis terrae scripto a. 825 inseruit excerpta Soliniana non pauca addito auctoris nomine. eius libelli (cf. chron. min. vol. 1. p. 527) ipse adhibui codicem primarium Dresdensem D 182 saec. X, alterum eiusdem aetatis Parisinum 4806 secundum editionem quam curavit Partheius a. 1870. — Codicem Solini a Diculo adhibitum exaratum fuisse minusculis inde colligitur, quod permutavit litteras *r* et *s* (*crateses* 49, 13). verba auctoris ita Dicuil retinet, ut quatenus pervenit codicis instar sit; paucissimis locis inveniuntur corrupta culpa Dicuili (ut 121, 16. 138, 12. 190, 10) vel arbitrio eius mutata (ut 100, 2. 137, 18. 139, 10).

12. ANONYMUS LEIDENSIS mihi dicitur auctor tractatus de situ orbis servati in codice olim Divionensi, iam Leidensi Vossianorum fol. n. 113 saec. XII, quo continentur excerpta praescriptis auctorum nominibus tam ex Mela Capella Aethico quam ex Solino (*Solinus polistoriarum* appellatur). propter originem codicis et 'Normannorum saevitiam' in praefatione memoratam et inscriptionem, quae haec est: *d(omno) venerabillimo regique gloriosissimo d(omno) K(arolo) G(   ) servorum dei extimus* Dümmler (*neues Archiv* 4, 177) commentarium coniecit inscriptum esse Karolo calvo (840—877) regi Franciae occidentalis, id quod deinde confirmavit Traubius (poet. Lat. mediiaevi vol. 3 p. 438) adlatis quae inde excerpta sunt in scholiis Heiricianis ad vitam S. Germani scriptis c. a. 875. adhibui Anonymum secundum editionem factam a Maximiliano Manitio (Dresdae a. 1884).

13. HEIRICVS Autissiodorensis c. a. 875 praeter locum sub praescripto *ut fert auctoritas* relatum in miraculis sancti Germani (v. ad p. 99, 14) collectaneis suis servatis in codicibus Parisino 8818 saec. XI/XII et Nicaeensi saec. XII, de quibus egit Traubius (mus. Rhen. 47 a. 1892 p. 558 seq. et poet. Lat. med. aevi 3, 425), excerpta ex nostro auctore inseruit inscripta *Solinus ex memorabilibus inter cetera.* continentur iis edita p. 18, 8 *inter* . . . 19, 13 *obiit* et 25, 4 *verum* . . . 28, 2 *litterarum.* librum adhibuit classis secundae. excerpta ea descripta misit Traubius, sed cum non haberent notatu digna, examinata abieci.

Medii aevi auctores Heirico aequales, ut Adrevaldus Floriacensis in miraculis sancti Benedicti (MG. SS. 15, 474) et Walafridus in vita beati Galli (*Sanct Galler Mitth. für vaterländische Geschichte* vol. 24 a. 1890 p. 3. 4), vel posteriores Adamus Bremensis, Vincentius Bellovacensis, Iohannes Sarisberiensis, Guido Pisanus (p. 37, 10—16) sperni potuerunt. composuit eius generis adlegationes Manitius in Philologi vol. 47 a. 1889 p. 562 et vol. 51 a. 1892 p. 191. medio aevo ante annum millesimum non

multis auctoribus Solini libellum notum fuisse ut codicum defectus, ita adlegationum raritas ostendit. a saeculo inde XI Solinum, utpote qui evitatis, ut ipse ait, eloquentiae bratteis facile placeret neque ulli propter ingenium molestus esset, a multis expetitum et lectitatum esse, maxime per Gallias et Germanias, donec in oblivionem abiret bonis litteris resuscitatis, ostendit tam codicum qui supersunt copia quam adlegationum frequentia: ostendetur etiam melius opinor si cui umquam placuerit in fabellis carminibusque Romanicis et Theotiscis vestigia rimari Solini.

B. Libri scripti.

Codicum Solini infra enumeratorum inspexerunt mea causa specimine sumpto Basileensem olim Gustavus Parthey, nuper Ferdinandus Dümmler — Bernensem olim Gustavus Parthey, nuper bibliothecarius Blösch — Bruxellenses Paulus Errera iuris consultus Bruxellensis — Cantabrigienses Franciscus Ienkinson — Londinienses Askewianum idem Ienkinson, musei Britannici alios Gradenwitz iuris consultus Berolinensis, alios Franciscus B. Bickley Londiniensis — Montispessulanos Maximilianus Bonnet — Monacenses Ludovicus Traube — Oxonienses Franciscus Haverfield — Parisinos P. F. Girard professor Parisinus — Romanum Barberinum Chr. Huelsen — Venetos Laurentius Soranzo — Vindobonenses Ludovicus Hartmann. quibus viris omnibus pro strenuo adiutorio humanitatis amicitiaeque documento quid debeam, grato animo recordor. reliquos libros (praeter eos, quibus asteriscus praescriptus est, huius editionis causa non inspectos) ipse examinavi, alios ibi ubi adservantur, alios missos Berolinum, in his Francofurtensem, Havnienses duos, Leidenses omnes. quod si qui quaerunt cur non adquieverim in libris vere utilibus, sed inutilium quoque et vulgarium aliquam rationem habuerim, respondeo primum non tuto libros abici propter aetatem aliaque indicia externa, sed opus esse singulorum examine. exempli causa Vaticanus reginae n. 1875 scriptus saec. XIV explet librum omnium optimum *R* hodie mutilum. sane non ignoro eiusmodi grana raro admodum inter paleas reperiri neque ex specimine reiectorum librorum, quod paucis locis (scilicet iis quos p. IV composui) adiectum est, quicquam effici nisi inter reiectanea ea utilia nulla latere. at non inutile erit exemplo demonstrare, quomodo per longa medii aevi saecula eorum temporum philologi modo curiosa diligentia, modo temeraria levitate, modo stolida ignorantia antiquos auctores transcribendo vel adnotando recensuerint. denique ad bibliographiam medii aevi consensus codicum praeterea inutilium aliquam utilitatem habebit, cum

passim appareat plures eorum errorum communione tamquam gentilicio vinculo coniungi et ab eodem archetypo proficisci.

Ad classes tres, secundum quas in capite quod sequitur (p. LIX—XCIII) potiores distribui, reliquos non digessi, cum recentioris aetatis libri omnes fere ex classium illarum contaminatione originem trahant. — Eos libros, ad quos libellum recensui, hic distinxi littera sua praescripta.

ARRAS

*1 n. 870 saec. XIII (*cat. des bibl. dép.* vol. 4 a. 1872 p. 347), antea monasterii S. Vedasti Atrebatensis. inscriptio est classis tertiae: *I. Solini polyhistor editus et recognitus de situ orbis terrarum et de singulis* cet. praefationes adsunt duae.

AVTVN

*2 n. 39 saec. XI (*cat. des bibl. dép.* vol. 1 a. 1849 p. 22 et accuratius Omont *cabinet historique* vol. 28 a. 1882 p. 566). inscriptio et subscriptio triplex eaedem plane quae sunt in codice Parisino 6810, nostro *P* et adhaeret item carmen *Tethya marmoreo* (vide p. 233) pariter atque in *P*, ex quo hic videtur descriptus esse.

BASILEAE

B 3 F. II. 33 saec. XIV. librum excussit diligentissime Carolus Ludovicus Rothius Basileensis a. 1859 adhibitusque est inde in ed. priore. deficiunt omnia quae rubro scribenda fuerunt; perierunt folia quattuor quibus continebantur p. 73, 3 *religiosissima* ... 87, 13 *inveniuntur* (per has paginas errore nota *B* in ima pagina adscripta est) et c. 22, 13 sive p. 219, 19 *homine* ... 116, 12 *incremento*.

BERNAE

4 n. 170 saec. XII, olim Petri Danielis. collatione libri a C. L. Roth diligentissime facta usus sum in editione priore. inscriptione caret; subscriptio: *Iulius Solinus explicit feliciter* omisso nomine Theodosii. praefatio inscripta est: *C. Iulius Solinus Constantio suo sal.* codex, ut in editione priore latius exposui, pendet potissimum ex archetypo communi sibi cum Heidelbergensi nec raro huic praestat, plerumque eo inferior est et passim interpolatus interpolatione audacissima et sibi propria, ut p. 1, 3 in ipsa inscriptione *Adventus* factus est, ut dixi, *Constantius* — p. 179, 7 *montibus* boni, *nientibus H, collium prominentiis* Bern. — 196, 11 *nili navibus* boni, *lichni navibus H*, *ligni navibus* Bern. — 177, 12 *Carmaniam* vera lectio, *Germaniam H, Arabiam* Bern.

aliquoties adeo deflectit ad familiam tertiam, ut habet p. 22, 6 *hoc etiam receperunt quod* — 35, 1 *par sententia est inter auctores* — 35, 3 *esse nuncupatum* — 47, 16 *fatetur tenebris* — 49, 17 *mirum est* et quae sequuntur. quapropter in hac editione testes meliores nactus praevaricatorem abieci.

BONONIAE

5 **univ.** 73 (aul. II A 115) saec. XV. inscriptio: *C. Iulius Solinus gramaticus polihistor ab ipso editus et recognitus de situ orbis terrarum et de singulis mirabilibus quomodo habentur.* sequuntur sub titulo *Solinus Aduento salutem* praefationes novicia primum, deinde genuina. subscriptum est: *Iulius Solinus explicit studio et diligentia domni Theodosii invictissimi principis. deo gratias amen.* specimen a Georgio Wentzel Gottingensi sero accepi, quapropter in specimine nostro liber non comparet. habet hiatum classis primae p. 209—213; in lectione prope accedit ad nostrum n. 24. exempli causa noto haec: 22, 6 *plus solito* — 150, 4 *pancheam* — 151, 3 *petronio* — 164, 13 *exhalat uaporem* (interpolata *unde* . . *putaverunt* absunt) — 208, 1 *e re* (om. *nata*) — 208, 3 *addit.*

6 **univ.** 2543 (antea 186) scriptus ante saec. XV. inscriptio: *C. Iulii Solini collectanea rerum memorabilium incipiunt*; sequuntur praefationes primum vetusta, deinde novicia. subscriptio nulla est. libri simul atque praecedentis specimen accepi. adsunt interpolationes tam classis tertiae p. 118, 2. 164, 13 quam codicis Heidelbergensis 165, 5. lectiones noto has: 22, 5 *scriptas* — 23, 1 *humatum* — 139, 12 *gnari* — 150, 4 *peneam* — 151, 3 *publio apponio* — 165, 2 *dicatam colunt* — 208, 3 *abdita* — 212, 5 *magnum reor.* prope accedit ad nostrum 34 etiam in lectionibus adhuc ex eo solo enotatis, ut sunt 30, 7 *aggerula* — 139, 13 *coercere* — 151, 3 add. *ut tullius* — 208, 1 *herexamnatam* — 213, 2 *fontium.*

BRVXELLIS

7 **n.** 10066 saec. XII. inscriptio classis secundae laterculis praemissa: *Solinus rerum collectarium infra scriptarum sic.* subscriptio postea adiecta manu saec. XIV haec est: *explicit liber Iulii Solini de situ orbis terrarum et de singulis mirabilibus que mundi ambitu continentur.*

8 **n.** 10862 saec. XIII. subscriptio (inscriptio nulla) classis secundae: *explicit liber C. Iulii Solini collectarum rerum memorabilium plurimarum feliciter.*

9 n. 17881 saec. XV. inscriptio et subscriptio: *Gai Iulii Solini ad* (om. inscr.) *Adventum polihistor sive de situ orbis* (om. subscr.) *ac* (*de* inscr.) *mirabilibus liber.*

10 n. 18679 saec. XIV. inscriptio: *incipit liber Iulii Solini de situ orbis terrarum.* subscriptio Theodosiana: *Iulius Solinus explicit feliciter studio et diligentia domini Theodosii invictissimi principis amen.*

CAMBRIDGE

11 univ. Dd. XI. 79 saec. XII. inscriptio: *incipit liber Iulii Solini de mirabilibus mundi studio et diligentia Theodosii principis.* praefationi praescribitur: *Iulius Advento fratri salutem.* quaternio primus ad 30, 8 *paterculi* scriptus est manu diversa, sed aequali.

12 univ. Kk. II. 22 saec. XIV. liber in ora inscribitur: *Solinus de mirabilibus mundi.* praefationi praescribitur: *Iulius Solinus Constantino suo salutem.* subscriptio: *Iulius Solinus explicit feliciter.*

13 univ. Mm. II. 18 saec. XIV scriptus ad usus fratris Galfridi de Wyghtone. inscriptio: *prologus Solini de mirabilibus mundi, hoc est de ambitu et situ o. t. et de sing. mir. que mundi ambitu continentur.* subscriptio: *explicit Solinus de ambitu et situ o. t. et mir. mundi.*

DARMSTADT

14 n. 737 saec. XIII. inscriptio post praefationem noviciam, ante indicem: *indiculus capt Iuli Solini rerum collectarum infra scripturarum* [sic], ante librum post praefationem genuinam: *Iulii Solini collectario* [sic] *rerum memorabilium incipit.* subscriptio: *Iulii Solini liber explicit feliciter* (sequitur locus de pipere p. 221, 5—17: *sed ut piper .... honorantur*).

DRESDEN

15 J n. 43 saec. XIII, antea monasterii Altzelle. inscriptio: *Solini sive grammatici polyhistor ab ipso editus et recognitus de situ o. t. et de sing. mir. q. in m. habentur.* subscriptio: *feliciter liber perscriptus C. Iulii Solini sive grammatici poliistor ab ipso ed. et rec.* praefatio spuria adest.

ENGELBERG (Unterwalden) sive ANGELOMONTI

A 16 n. I, 4, 15 saec. X. librum adhibui in ed. priore collatum a. 1859 a Rothio, ad hanc ipse recognovi missum Berolinum. foliis duobus amissis deficiunt p. 60, 20 *qui eos* ... 63, 2 *res est* et p. 163,

10 *et Pamphilium* ... 166, 5 *Phrygia ab.* praescriptio et subscriptio eaedem sunt atque in Sangallensi (vide p. LI).

FLORENTIAE

17 Laurentianus plut. 29 cod. 35 saec. XV. inscriptio: *C. Iulii Solini de situ orbis terrarum et de singulis mirabilibus quae in eo continentur liber incipit.*

18 Laurentianus plut. 66 cod. 19 saec. XIV. inscriptio: *C. Iulii Solini sive grammatici polyhistor ab ipso editus et recognitus* (eatenus item subscriptio) *de situ o. t. et de s. m. q. in m. habentur incipit.* adest praefatio spuria.

F 19 Laurentianus S. Crucis plut. 20 sin. cod. 2 saec. XI/XII. inscriptio et subscriptio eaedem atque in Sangallensi, (vide p. LI). Partheii iussu collatus est a Theodoro Heisio. praeter specimen librum adhibui ad explendos hiatus duos libri proxime affinis Angelomontani; sed hoc multo deterior est et propterea ubi illum habemus inutilis. secunda manus, quam sprevi, variam lectionem adscripsit sumptam ex codice classis secundae.

20 Laurentianus *conv. soppr.* n. 56 saec. XV, antea abbatiae Florentinae. praefatio spuria adest omissa vera. caret inscriptione et subscriptione. deficiunt folia 7 et 8 et in his locus 1, 91.

21 Laurentianus *conv. soppr.* n. 359 saec. XV, antea conventus S. Mariae novellae. inscriptio ante laterculum capitum: *C. Iulii Solini grammatici polihistor ab ipso editus et reg' recognitus* [sic] *de situ o. t. et de s. m. q. in m. habentur;* ante praefationem priorem itemque subscriptio: *C. Iulii Solini collectarum rerum memorabilium* (*plurimarum* addit subscr.) *feliciter.* praefatio altera adest in fine adiecta nota hac: *hec est secunda epistula, quam Solinus scribit Advento et debuit poni supra in principio libri.*

22 Laurentianus S. Marci n. 209 saec. XI. inscriptio: *incipit liber Iulii Solini de s. o. t. et de s. m. q. in m. habentur.* ordinis est secundi.

23 Laurentianus Ashburnhamianus n. 1030 (= 5 = 961) saec. XI; finit f. 40' = 161, 14 *Perseus donauit* [sic]. descriptus videtur esse ex n. 22; inscriptio eadem. in fine quae desunt, adiecta sunt a manu fere aequali ad codicem classis tertiae; subscriptum: *explicit liber C. Iulii Solini.*

FRANCOFURTI AD VIADRUM.

24 Westermannianus, nunc in bibliotheca gymnasii, saec. XII. inscriptio nulla; subscriptio: *explicit Iulius Solinus. Iulii Solini collectaneorum liber explicit.* egit de libro Ed. Rasmus in Hermae vol. 12 (1877) p. 320 seq. — Sui generis codex est, prope accedens

quibusdam locis ad optimum nostrum *R*, (ut 35, 9 habet *herycis* cum *RC* — 33, 13 *ignem fortuitu*, ubi *ignem fortuitus R, ignes fortuitos* reliqui — 153, 5 *radi abnuit* omittit cum *R*) adeoque hic illic eo praestans (ut 150, 4 *panchaeam* solus fere habet recte, ubi *rantchaeam R*, alii aliter). nihilominus eum omisi cum propter lituras permultas, quibus primaria codicis scriptura absumpta est, tum potissimum propter interpolationes inter libros antiquiores ei proprias et numero multas et gravissimas, quarum amplum specimen invenitur in commentario Rasmi supra citato, duas hoc loco apposui. scilicet 34, 1 pro verbis *Sallentinos a Lyctiis* leguntur haec: *Sagentum qui et Sallentinum a Lyctio Idomeneo Cretensi Lyctiam ab iisdem Lyctiis.* item pro verbis 34, 3: *Paestum a Dorensibus* vel *Boriensibus* substituta sunt haec: *Paestum a Romanis postmodum ab eisdem conditoribus pridem Posidonia dictum ab Ariensibus.* talibus ineptiis apparatus non debuit obscurari. itaque praeter lectiones in specimine codicum omnium relatas variam lectionem libri dedi ad solum caput de Britannia.

HEIDELBERG.

H 25 Palatinus n. 1568 saec. XI, translatus saec. XVII Heidelberga Romam, saec. XVIII exeunte Roma Parisios, hoc saeculo restitutus bibliothecae Heidelbergensi. praeter Solinum continet Florum et Orosii caput de situ orbis in fine mutilum. adhibitus est ad Solinum recensendum a Salmasio, qui eum citat sub nomine schedarum Palatinarum (v. ad 1, 77 p. 27 *b*, ad 27, 11 p. 228 cet.), ad ed. meam priorem collatus a Rothio, ad hanc a me recognitus. post epistulam inscriptam *Iulius Solinus Advento salutem* libellus legitur praescriptione nulla, subscriptione hac: *Iulius Solinus explicit feliciter studio et diligentia domni Theodosii invictissimi principis.*

25 A Salemensis monasterii IX 23 saec. XIII. inscriptio nulla; subscriptio: *explicit Solinus.* adest praefatio spuria.

KOPENHAGEN.

26 n. 443 saec. XIV, antea Frid. Lindenbrogii. inscriptio: *Sollina* [sic] *collectanea vel polyhistoria vel memorabilia*, subscriptio: *eplicit* [sic] *Solinus de situ orbis terrarum et de singulis mirabilibus mundi.* adhaeret locus de Norvegia regionibusque vicinis quem dedi in appendice p. 236. una cum eo qui sequitur (ubi vide) liber collatus est a Lindenbrogio in exemplari hodie Gottingensi tractatusque a Luedeckio in commentario edito a 1866. con-

taminatus est, ut specimen Luedeckianum ostendit, ex libris duobus, altero ordinis primi simillimo nostri *N* (quamquam paucis locis consentit cum *H* in erroribus huic propriis, ut sunt 13, 12 *molieris* — 101, 2 *detinet* — 143, 15 *res dubias*), altero accedente modo ad secundum ordinem modo ad tertium. adsunt emblemata post p. 49, 17 *mirum* cet. et post p. 118, 2 *qui ut Aristoteles* cet.; item geminationes locorum p. 62, 4 *nam Olympus* et p. 135, 13 de cinnamo; item lectiones p. 17, 5 *parti* — 32, 5 *ibi* — 33, 10 *ligea* — 39, 3 *oetae* — 46, 12 *creat* om. — 56, 8 *et taenaron est* — 58, 4 *ithmon* — 135, 5 *adsultu* — 149, 13 *codex* — 152, 5 *redimitu pari pars* — 174, 1 *neocaesaream.*

N 27 n. 444 saec. XI, aliquando Gottorpiensis. post rubricarum laterculum et epistulam inscriptam *Solinus Advento salutem* sequitur libellus cum subscriptione hac: *explicit liber Iulii Solini de situ orbis terrarum et de singulis mirabilibus que mundi ambitu continentur,* quae subscriptio iisdem fere verbis a manu recenti in principio libri repetita est. codicis collatio instituta a Friderico Lindenbrog extat ad marginem exemplaris editionis Solini Basileensis a. 1557 servati in bibliotheca Gottingensi[1]). eius exemplaris notitiam habui, cum primum Solinum recensui, sed eo tum non sum usus; edidit mox a. 1866 amplum huiusce libri lectionum specimen C. F. Luedecke in programmate scholae Bremensis (*Mittheilungen über zwei wichtige Handschriften des C. Iulius Solinus*) usus non solum collatione Gottingensi, sed ipso quoque codice Havnia transmisso Bremam. idem mihi contigit, ut per multos menses egregii codicis usum Berolini haberem. — Codex cum sit ordinis primi, expletus est vel emendatus ad alium classis tertiae ita, ut de primitiva quoque lectione plerumque constet, emendationes tamen librarii primi (N^b) a correctionibus posterioribus (N^2) non semper distinguantur. ego in varia lectione referenda ad solas fere primitivas scripturas attendi, cum emendationes a primo scriptore factae rarae sint et in minutiis fere versentur.

1) In bibliotheca Fabriciana (catalogus a. 1741 pars 4 p. 185 n. 64) extitisse dicitur Solini editionis curatae a Grassero (Aurel. Allobr. 1605) exemplum, quod 'Fr. Lindenbrogius contulit cum duobus mss. Gottorpiensibus et editione Spirensi atque Aldina, atque eruditas observationes ad auctorem ipsum illustrandum adiecit.' id exemplum quo pervenerit, ignoratur; verisimile est pendere ab eo Gottingense, a quo abest nomen Lindenbrogii.

LEIDEN

28 publ. 13 saec. XIV. inscriptio: *G. Solini grammatici polihistor de mirabilibus ipsius mundi*; subscriptio: *explicit liber de mirabilibus mundi.* adest praefatio spuria.

29 publ. 67 *C* (catalogi Geeliani n. 510) saec. XV. inscriptio nulla: deficit liber p. 176, 13 in verbis *venerem durasse.*

30 publ. 68 saec. XIII. inscriptione caret; subscriptum: *Iulius Solinus explicit feliciter.* praefationi praescriptum: *Iulius Solinus Constancio suo salutem.* adscriptum in fine manu diversa locus: *divisus est orbis terre trifarie .... Tragodite Pentagi et Ictiophagi. Antropophagi gens asperrima. he sunt generationes huius seculi quibus necesse est venire ad dicem* [sic] *iudicii in conspectu dei altissimi.* ex Bernensi (n. 4) non est descriptus (nam 207, 5 habet *quod,* non *qui*), sed ei simillimus.

31 publ. 113 saec. XI. praecedit index pariter atque in Parisino 7230, nostro *M,* inscriptus: *indiculus cap'. Iuli Solini rerum collectarium infra scriptarum s[ic],* subscriptus: *explicit indiculum C. Iulii Solini collectarium rerum memorabilium feliciter.* praeterea neque inscriptio adest neque subscriptio. — Idem fortasse est codex, quem, cum Iusti Lipsii esset, adhibuit Delrius in ed. Antverpiensi a. 1572 (vide eius praef., ubi ait quae in eo libro non essent dedisse se intra uncos quadratos, et Lipsii epistol. quaest. 3, 21), scriptus saec. XII, classis secundae et nequaquam eximius.

32 publ. 124 saec. XIII. inscriptio: *codex Iulii Solini de situ o. t. et de sing. mir. q. in m. habentur,* subscriptio: *C. Iulii Solini sive gramatici polihystori ab ipso editus et recognitus liber explicit αμην feliciter. de situ orbis terrarum et de s. m. quae mundi ambitu continentur.* abest praefatio utraque.

33 publ. 130 *A* (catalogi Geeliani n. 415) scriptus Florentiae a. 1432. inscriptio: *C. Iulii Solini polyhystor ab ipso editus et recognitus de situ orbis terrarum et de sing. mir. quae in mundo habentur,* subscriptio: *C. Solini polyhystor de mundi mirabilibus.* adest praefatio spuria.

34 Vossianus Q. 11 saec. XV. inscriptio: *C. Iulii Solini collectanea rerum memorabilium incipiunt*; subscriptio nulla. praefatio spuria adest.

35 Vossianus Q. 29 saec. X, quem ΔωΔωC ZΡΗΠCΗΤ = *Dodo scripsit.* inscriptio nulla; subscriptio: *explicit f(e)l(iciter) G. Iuli Solini grammatici.*

36 Vossianus Q. 56 saec. XII, inscriptio: *incipit tractatus I. S. de memoralibus mundi editus mandato Theodosii principis*; subscriptio Theodosiana: *explicit feliciter studia* [sic] *et diligentia domni Thodosii* [sic] *invictissimi principis.* adhaeret notitia de insulis maris septentrionalis pariter atque in Havniensi n. 443 (vide infra p. 236). sequitur fere Heidelbergensem habens additamentum ei proprium p. 102, 14; sed adsunt interpolationes ex ordine tertio ductae, ut p. 102, 2 post *perinde dies nullus* sequitur *dies adeo conductus* et p. 149, 17 locus de cinnamo non repetitur quidem, sed inseruntur verba: *est et cinnamomum.*

37 Vossianus Q. 87 saec. IX. in margine f. 81 legitur: *Warmundus humilis sacerdos S* .... liber venit ex bibliotheca aliqua Aurelianensi ad Petavium, nam in fine adscriptum est instrumentum de hoc volumine commodato a. 1481, in quo nominatur 'Samson Cormenean doctor universitatis Aurelianen̄ et canonicus eiusdem ecclesiae ....' (nomen ecclesiae erasum est), inveniturque praeterea f. 8. 91 inscriptio: *Petav. Aurelii.* hic igitur sine dubio codex est optimus Petavii, quem ab Ios. Mercero quodam loco inspectum esse ait Salmasius ad c. 27, 12 p. 229 quemque item novit ex collatione Petri Danielis Aurelianensis (v. Salmasii praef. sub finem). — Rubricarum indicem libro praeposuit manus recentior; antiqua neque eum snppeditat neque inscriptionem incipiens ab epistula inscripta *Solinus Advento salutem.* folio extremo damnum passo manca sunt capita 52, 45 et 52, 54; deficit liber
L] p. 194, 15 in verbis *admittit perspi.* — Amissa explevit manus saec. XIII, nobis [L], incipiens p. 191, 15 *paulo*; pro subscriptione non est nisi *explicit liber.* — Emendavit codicem, qui est familiae secundae vetustissimus et optimus, praeter librarium ipsum, qui quae mutavit notantur L^b, manus altera saeculi fere decimi ad codicem, quem ipsa ait *vetustum* (vide ad p. 62, 4 et infra p. LXXX.) — Nos, dum priorem editionem curabamus, eximia Leidensis tum bibliothecae praefecti Pluygersii benivolentia codicem transmissum Berolinum tamdiu retinere potuimus quamdiu liber sub prelo fuit.

LONDINII in museo Britannico

38 Arundel n. 5 saec. XV. inscriptio: *Iulii Solini sive grammatici libri prologus incipit de memoralibus mundi.* adhaeret locus ex Bedae hist. eccl. 1, 1 incipiens: *Hybernia de* (scr. *h. autem et*) *latitudine sui status*, finiens *et Pictis gentem addiderunt.* — Cf. p. LVII n. 155.

39 Burney n. 213 saec. XV. inscriptio (ante praefationem genuinam): *incipit Solinus Iulius rerum memo mirabilium undique collectarum*;

subscriptio: *Iulius Solinus de polistoriis explicit deo gratias.* adest praefatio spuria.

40 Burney n. 256 saec. XII. inscriptio nulla; subscriptio: *explicit liber Gai I. S. grammatici polihistor ab ipso ed. et rec. de situ o. t. et s. m. que in mundo habentur* (sequitur carmen librarii: *S. Althman quam studii tedet*). adest praefatio spuria.

41 Cottonianus Vesp. B. XXV saec. XII. subscriptio Theodosiana: *I. S. explicit st. et d. domni th. inv. pr.*

42 Cottonianus Cleop. D. I saec. XII. subscriptio Theodosiana: *I. S. explicit feliciter st. et d. domni th. inv. pr.* post 15, 1 *umor* folio amisso sequitur 19, 9 *Milonem.*

43 Harleianus 2569 saec. XV. inscriptio et subscriptio: *Caii Iulii Solini (sol. iul.* inscr.) *ad Adventum polihistor sive de situ orbis ac mundi mirabilibus.*

44 Harleianus 2583 saec. XVI. inscriptio post capitum laterculum: *Iulii Solini de situ o. t. et memorabilibus quae mundi ambitu continentur liber.*

45 Harleianus 2584 saec. XIV. inscriptio et subscriptio ut in Sangallensi. adest praefatio spuria.

46 Harleianus 2604 saec. XV. inscriptio et subscriptio: *Solini liber de mirabilibus mundi.*

47 Harleianus 2645 saec. XIII. inscriptio ante praefationem: *incipit Solinus de memorabilibus,* deinde ante laterculum: *indiculus capitulorum Iuli Solini rerum collectarum infra scriptarum.* deficit liber in verbis p. 212, 5 *infra famam.*

48 Harleianus 3859 saec. XII. inscriptio: *liber primus Iulii Solini in polistoriis rerum mirabilium undique collectarum.* subscriptio Theodosiana: *I. S. expl. fel. st. et dil. Th. inv. pr.*

49 Harleianus 5373 saec. XIII. inscriptio: *C. Iulii Solini grammaticus polihistorve ab ipso editus et recognitus de situ o. t. et de s. m. q. in m. habentur*; subscriptio: *Iulii Solini collectaneorum liber explicit.* adest praefatio spuria.

50 regius 13. C. VI saec. XIV. inscriptio et subscriptio nulla. adest praefatio spuria.

51 regius 15. A. XXII saec. XII. inscriptio nulla nisi praefationis *Iulius Solinus Advento salutem* (in indice voluminis est *de mirabilibus totius mundi*), subscriptio Theodosiana: *I. S. expl. st. et d. domini Th. inv. pr.*

52 regius 15. A. XXXII saec. XII/XIII. inscriptio (post epistulae in-

scriptionem): *incipit Solinus de mirabilibus mundi*; subscriptio Theodosiana: *I. S. expl. st. et d. Th. inv. pr.*

53 regius 15. B. II saec. XII/XIII. inscriptio nulla, subscriptio Theodosiana: *I. S. expl. fel. st. et d. domini Th. inv. pr. benedictus deo amen.*

54 regius 15. B. XI saec. XII/XIII. inscriptio nulla; subscriptio Theodosiana: *I. S. expl. st. ac d. domni Th. inv. pr.*

55 add. 12014 saec. XV. inscriptio: *C. Iulii Solini gramatici polihistori ab ipso editus et recognitus de situ o. t. et de s. m. q. in m. habentur.* adest praefatio spuria.

56 add. 17409 scr. a. 1416 a Baldassare Rubeo cive Ian(uensi). inscriptio: *C. Iulii Solini gramatici polihistor ab ipso editus et recognitus*, subscriptio: *Iulii Solini de situ o. t. et de s. m. quae in m. habentur liber feliciter explicit.* adest praefatio spuria.

57 add. 18315 saec. XIII. inscriptio et subscriptio: *Solynus de situ o. t. et mirabilibus mundi.* adest praefatio spuria.

58 add. 30898 saec. XIII. inscriptio: *incipit liber Flactii* (ex *flc* = *feliciter*) *Gaii Iulii Solini grammatici.*

58 A olim Askewianus, deinde per a. 1785—1886 apud Woodhullos, nuper apud Howell Wills, hodie apud Quarritch bibliopolam Londiniensem venalis, saec. XV. inscriptus: *incipit liber Iulii Solini de situ o. t. et de s. m. q. in mundo habentur*, subscriptus: *deo gratias Iulius Solinus explicit feliciter studio et d. domini Theodosii invictissimi principis. huic operi visum fugientes ponite Christum pro scriptore polum prendat ut in praemium. Will's de Praedio me scripsit.*

MEDIOLANI

59 Ambrosianus A 226 inf. saec. XIV. inscriptio nulla, subscriptio: *polihistor ab ipso editus et recognitus feliciter liber scriptus C. Iulii Solini sive gramatici.* adest praefatio spuria. fortasse descriptus ex n. 60.

60 Ambrosianus C 99 inf. saec. X. inscriptio ante praefationem spuriam: *C. Iulii Solini sive grammatici polihistore ab ipso ed. et rec. de situ o. t. et de s. mir. q. in m. habentur*; subscriptum praefationi genuinae: *explicit prologus libri Iulii Solini de s. mir. q. in m. habentur*; subscriptum libro: *feliciter liber perscriptus C. I. S. sive grammatici polihistor ab ipso ed. et rec.* adest praefatio spuria.

61 Ambrosianus C 246 inf. saec. XIII. inscriptio ante laterculum capitum: *Gaii I. S. polihystorrois* [sic] *sive collectanea rerum me-*

morabilium, ante praefationem genuinam: *Iulii Solini collectio rer. mem.* adest praefatio spuria inscripta: *in Christi nomine incipit epistola Gaii I. S. ad Herrennium oratorem*, item in fine libelli carmen *Tethya marmoreo* (vide p. 233). inserta est ante indicem capitulorum imago Solini, item ante ipsum libellum forma quaedam urbis Romae, in qua cernuntur adscripta vel subscripta *Roma* — *Vitori patri* — *sepultura Traiani* — *trigemina porta* — *Aventinus mons* — *Pateon* — *arcus triumphalis* — *carcer beati Petri et Pauli quod dicitur Iulianum* — *naumacharum* — *basilica Iovis* — *templum Apollinis* — *mons aureus* — *passio sancti Petri.*

62 Ambrosianus D 36 inf. saec. XV. inscriptio: *Gaii Solini polihistor* similisque subscriptio. adest praefatio spuria. commentarius divisus est in libros.

63 Ambrosianus E 151 sup. saec. XIV. inscriptio: *C. Iulii Solinus gramaticus polihistori ab ipso editus et rec. de situ o. t. et de s. mir. q. in m. habentur*; subscriptio Theodosiana: *I. S. expl. st. et dil. dompni Th. inv. pr.* adest praefatio spuria.

64 Ambrosianus I. 118 sup. scriptus a. 1469 a Gregorio Hyadertino de Pasinis. inscriptio et subscriptio nulla. praefatio spuria adiecta est in fine voluminis inscripta *C. I. S. Herenio oratori salutem.*

MONTE CASSINO

C 65 n. 391 (antea 841) saec. XI exeuntis iudice Sickelio. post capitum laterculum et epistulam inscriptam *Solinus Advento salutem* (cui subscriptum a manu recenti *explicit prologus*) libellus legitur inscriptione antiqua nulla (manus recens praescripsit: *incipit Solinus de polystoriis*). libellum sequitur epistula inscripta *Feramen rex ad Adrianum imperatorem* incipiens *inter Babyloniam*, finiens *semper vivat* (similem epistulam regis Premonis ad Traianum Traubius me docuit ex codice Argentoratensi saec. VIII editam esse a Graffio in Diutiscae vol. 2 a. 1827 p. 194). huic epistulae subscriptum est: *explicit liber Solinus.* quae habet codex adiecta manu posteriore pauca et fere inutilia raro invenientur relata in apparatum, ut 20, 1 *pycta*] *poeta* — 46, 9 *conducto*] *coniuncto* (ex cod. cl. II.) — 47, 1 *argenti*] *argento* (item ex cod. cl. II.). — Adhaeret a glutinatore adiuncta extrema pars codicis Soliniani alterius, quem fuisse classis secundae reliquiae ostendunt, incipiens p. 215, 2 *magna copia*, finiens in *qualitatem* cum subscriptione: *Iulii Solini collectio rerum memorabilium explicit.* sequitur carmen *Tethya marmoreo* (vide p. 233), deinde cosmo-

graphia Ethici (p. 71 Riese). — Contuli librum Romae eo mea causa missum.

MONTPELLIER

66 n. 121 saec. XII. inscriptio nulla; subscriptio: *I. S. expl. st. et d. domni Th. inv. pr.*

67 n. 131 saec. XII exeuntis. inscriptio nulla; subscriptio *I. S. expl. st. et d. Th. inv. pr.* descriptus omnino ex eo qui praecedit et propterea omissus.

68 n. 132 saec. XII. inscriptio: *Iulii Solini collectio rerum memorabilium.* deficit p. 107, 6 in verbis *rursus in se residat.*

MONACHI

69 Monacensis n. 327 saec. XV. inscriptio ante praefationem spuriam: *C. I. S. sive grammatici polyhystor ab ipso editus et rec. de situ o. terrarum et sing. mir. q. in m. habentur liber primus,* ante genuinam: *C. I. S. de situ o. t. et de s. mir. q. in mundo habentur liber incipit.* adest praefatio spuria.

70 Monacensis n. 4611 sive Benedictoburensis n. 111 saec. XII. inscriptio et subscriptio: *liber Gai I. S. grammatici polihistor ab ipso ed. et rec. de situ o. t. et de* (om. subscr.) *s. mir. quae in m. habentur.* adest praefatio spuria.

71 Monacensis n. 5339 sive episcopii Chiemsee n. 39 saec. XV. inscriptio: *incipit Solinus de situ o. t. et mirabilibus.* adest praefatio spuria.

72 Monacensis n. 6384 sive Frisingensis 184 saec. X. inscriptio a manu prima nulla (manus aequalis adscripsit in margine: *Solini descriptio multarum provinciarum et ubbium* [*sic*] *et lapidum preciosorum*); subscriptum a manu prima primum: *Solinus finit,* deinde, sed a manu eadem: *explicit flg.* (c superscripsit m. 1, voluit *flc.* = *feliciter*) *Iuli* (*Iulii* em. m. 1) *Solini grammatici polyystor* (hoc voc. addidit manus altera, sed aequalis). ad additamentum p. 219, 3 huius libri variam lectionem adnotavi.

73 Monacensis n. 14632 sive Ratisponensis S. Emmerami G 16 saec. XII vel XIII, compositus ex particulis librorum complurium itaque non unius tenoris. inscriptio voluminis, ut nunc se habet: *C. I. S. siue grammatici* (corr. ex *gammati*) *polyhistor ab ipso ed. et recognitus,* ad quae adiecit manus aequalis: *de situ o. t. et de s. mir. q. in m. habentur.* subscriptum: *explic. fl. G. Iulii Solini sive grammati,* ad quae adiecit manus illa: *feliciter liber perscriptus est Iulii Solini sive grammatici polihistoriografi ab ipso editus et rec.* adest praefatio spuria.

74 Monacensis n. 17207 sive Scheftlarnensis 207 saec. XII. inscriptio: *optimi Iulii Solini liber de descriptione orbis terrae,* ad quod adiectum est manu diversa: *polihistor vel collectanea rerum memorabilium*; subscriptum: *explicit liber Solini,* ad quod adiecit manus illa: *C. Iulii collectanea rerum memorabilium.* adest praefatio spuria.

75 Monacensis n. 17208 sive Scheftlarnensis 208 descriptus est ex eo qui sequitur.

76 Monacensis n. 23746 saec. X correctus a pluribus. inscriptio, quae profecta videtur ab ipso librario, est ante librum litteris Graecis ΠΗΥCΥΚΑ CШΛΥΝ(?)Υ = *φυσυκα Σωλυνυ.* corrector ante praefationem genuinam adiecit inscriptionem: *Iulii Solini sive grammatici polihystor ab ipso editus et recognitus,* item subscriptionem: *C. Iulii Solini collectanea rerum memorabili[um] explicat* [sic] *feliciter.* adest praefatio spuria.

NEAPOLI

77 n. IV. D. 16 sive Iannellii n. 166 scriptus a. 1472. subscriptio: *Iulius Solinus de mirabilibus explicit.* adest praefatio spuria.

78 n. IV. D. 17 sive Iannellii n. 167 saec. XV. inscriptio: *incipit Solinus de mirabilibus mundi;* subscriptio: *explicit Solinus de mirabilibus mundi nec non de terrarum ambitu.*

79 n. IV. D. 18 sive Iannellii n. 168 saec. XVI. inscriptione et subscriptione caret. adest praefatio spuria.

80 n. IV. D. 19 sive Iannellii n. 169 saec. XIV. subscriptio Theodosiana: *Iulii Solini expl. fel. st. et d. dompni Th. inv. pr.* adest praefatio spuria.

OXONII

81 Bodleianus Canonicianus Lat. 147 scriptus a. 1377. inscriptio: *I. S. grammatici polistoria sive de mirabilibus mundi liber ad Adventum incipit.* subscriptio: *polimistor ab ipso ed. et rec. feliciter liber scriptus C. Iulii Solini sive gramatici de mirab. mundi et ritis gentium.*

82 Bodleianus Canonicianus Lat. 161 scriptus a. 1457. inscriptio: *C. I. S. polystoria sive de situ o. t. et mir. sing. quae in ea continentur.* adhaeret caput Bedanum de Hibernia (vide n. 38).

83 Bodleianus Laudianus Lat. 4 scriptus a. 1406. subscriptio: *explicit Solinus de mundi mirabilibus.* praefatio suscripta est ut in Bernensi: *Iulius Solinus Constancio suo salutem.* divisus est in libros.

84 **Bodleianus** Rawlinsonianus auct. F. III. 7 saec. XII, emendatus manu secunda saec. eodem exeunte. subscriptio Theodosiana: *I. S. expl. fel. st. et dil. donni Th. inv. pr.*

85 **Bodleianus** Rawlinsonianus auct. G. 45 saec. XII. epistula inscripta est *Iulius Solinus Constantio suo salutem.* subscriptio *Iulius Solinus explicit feliciter.*

86 collegii Mariae Magdalenae n. 50 saec. XI. caret inscriptione et subscriptione.

87 collegii omnium animarum 97 saec. XIV ineuntis. subscriptio Theodosiana: *I. S. expl. st. et dil. dompni Th. inv. pr.*

PARISIIS

88 n. 1702 scr. Toleti a. 1396. inscriptio ante laterculum: *incipiunt capitula in libro Solini de memorabilibus mundi,* item ante praefationem genuinam (quae praecedit spuriam): *incipit prologus Solini in libro de memorabilibus mundi,* item ante librum: *Iulii Solini sive gramnatici polihistor liber incipit;* subscriptio: *explicit liber Solini de memoralibus mundi. Iulii Solini sive grammatici polihistor explicit, qui aliter vocatur Solinus de memorabilibus mundi.*

89 n. 4873 saec. XII/XIII. inscriptio ante praefationem spuriam: *incipit liber poliistor Iulii Solini,* ante genuinam: *incipit Iulii Solini liber vel collectio rerum memorabilium;* subscriptio: *explicit liber C. Iulii Solini grammatici poliistor ab ipso editus et perscriptus.* propter carmen *Tethya* quod adhaeret vide p. 233.

90 n. 5719 saec. XIV. inscriptio ante praefationem spuriam: *incipit Solinus de mirabilibus sive memoralibus mundi,* ante librum: *Gai Iulii Solini cognomento poliphistoris de mir(abilibus) sive de mem(oralibus) mundi liber incipit studio et diligentia Theodosii imperatoris.* subscriptio evanuit.

P 91 n. 6810 saec. X, olim, ut in principio legitur, *ecclesie sancti Launomari,* id est S. Lomes oppidi Blois, unde item venit Guelferbytanus (infra n. 153). hic est quem Salmasius plerumque (vide infra n. 106) 'optimum regium' appellat quemque praecipuum editionis fundamentum esse voluit. ad editionem priorem codex missus est Berolinum ibique magno nostro commodo tamdiu retentus, quamdiu prelum ea exercuit. praefatio novicia una cum indice capitulorum legitur in folio solitario scripto a librario eodem, sed postea praefixo quaternioni primo, qui quaternio incipit a praefatione genuina. praescriptio libri haec est: *C. Iuli Solini sive grammatici polyhistor ab ipso editus atque recognitus* pariter atque in San-

gallensi, sed absunt quae in eo sequuntur; subscriptio haec: *explicit f(e)l(i)c(iter)* [vel *f(e)l(iciter) C.*] *Iuli Solini sive grammatici.* || *Iulius Solinus explicit feliciter studio et diligentia on.* (scr. *d. n.*) *Theodosii invictissimi principis.* || *feliciter liber perscriptus C. Iulii Solini sive grammatici polyistor ab ipso editus et recognitus.* subscriptionis eius, quae vere triplex est classium trium, prima pars *explicit . . . grammatici* propria est classis secundae, tertia *feliciter . . . recognitus* propria familiae interpolatae, interposita totidem verbis redit in Heidelbergensi classis primae. — Correctiones manus recentioris factas ad codicem familiae secundae vulgarem neque ullo nomine memorabiles suppressi vel certe supprimere volui, nam in adnotationibus paucarum saepe litterarum ad aetatem distinguendis difficile est, ne oculi subinde fallant.

92 n. 6811, olim Leodiensis, saec. XIII. caret inscriptione et subscriptione.

93 n. 6812 (sive Barrois 89; cf. Delisle *ms. Libri et Barrois* a. 1888 p. 220) saec. XII/XIII. caret inscriptione et subscriptione.

94 n. 6813 scriptus ut videtur in Germania (nam in fine adscriptum est *Sassonia Alverstat civitas Bodanum pat. Analt castrum*). subscriptio est Theodosiana: *Iulius Solinus explicit fel. st. et d. domini Th. inv. pr.* deficiunt inter fol. 10 et 11 p. 69, 10 *praeit . . . .* 122, 4 *detur.*

95 n. 6814 saec. XIV. inscriptio: *C. I. S. grammatici poliphystor ab ipso ed. et rec. de situ o. t. et de sing. mir. q. in m. habentur;* subscriptio: *explicit feliciter liber perscriptus C. I. S. sive gramatici polistor ab ipso ed. et rec. amen amen amen.* adest praefatio spuria.

96 n. 6815 (olim n. 4917) saec. XIV. subscriptio: *C. I. S. sive grammatici polihistor ab ipso ed. et rec. de posito o. t. et de s. mir. q. in m. habentur;* subscriptio: *explicit fel. liber perscriptus C. I. S. sive gr. polihistor ab ipso ed. et rec.* adest praefatio spuria.

97 n. 6816 saec. XIV. inscriptio ante praefationem genuinam: *incipit liber Iulii Solini de mirabilibus mundi.* adest praefatio spuria.

98 n. 6817 saec. XV; olim Papiae apud Viscontios, deinde in bibliotheca Fontainebleau. inscriptio ante laterculum: *tabula Solini de mirabilibus;* subscriptio: *liber Solini de mundi mirabilibus explicit.* deficit locus p. 7, 11 *quippe . . .* 8, 1 *octauo.*

99 n. 6831 saec. [illegible] olim Thuaneus, deinde Pithoei. inscriptio post laterculum: *Iulii Solini collectio rerum memorabium* [sic]. in fine

sub titulo *versus peracti operis* adhaeret carmen *Tethya* (vide p. 233). hoc libro usus est Bongarsius (v. p. LVI.)

100 n. 6832 saec. XIII, olim Puteani. inscriptio: *incipit Solinus de mirabilibus mundi;* subscriptio: *Flavii* (ex *fl.* = *feliciter*) *C. Iulii Solini grammatici liber explicit.*

101 n. 6833 saec. XII, quem magister Iohannes Garelli Ebroicensis dedit collegio de Plasseys, deinde habuit Bigotus. inscriptio post praefationem: *Iulius Solinus de memorabilibus incipit feliciter;* subscriptio Theodosiana: *Iulius Solinus de mem. expl. fel. st. et d. domni Th. inv. pr.*

102 n. 6834 scriptus a. 1450. inscriptio et subscriptio: *Iulii Solini ad Theodosium principem de mundi mirabilibus* (*mir. mundi* subscr.) *liber.*

103 n. 6835 saec. XV. inscriptio ante laterculum itemque ante praefationem: *Iulii Solini de situ orbis terrarum et de singulis mirabilibus que in mundo habentur* (*in eo sunt* loco priore).

104 n. 6836 saec. XV. inscriptio ante laterculum: *I. S. de situ o. t. et de sing. mir. que in mundo habentur* et ante praefationem genuinam (praecedit spuriam): *C. Iulii Solini polihystor ab ipso ed. et rec. de situ o. t. et de s. mir. que hab. in eo liber primus incipit feliciter;* subscriptio: *C. I. S. polihystor de situ o. t. et de s. m. que in mundo habentur.*

105 n. 6843 saec. XV exeuntis. subscriptio: *explicit fl. G. Iuli Solini gramatici;* sequitur laterculus capitulorum.

M 106 n. 7230 saec. X, *liber sancti Dionisi,* quam originem praeter inscriptionem testantur tam praescriptum *praeceptum Dagoberti de fugitivis ad ecclesiam sancti Dionysii* quam index rerum pretiosarum in fine adiectus sub titulo: *hec accepit Odo rex de thesauro sancti Dyonisii.* Salmasio codex dicitur modo 'secundus regius (sic eum appellat ad p. 2, 20 citans inde *notuum*), modo 'regius optimus' (sic ad p. 140, 1 verb. *supero saginatum*), quamquam sub hac appellatione plerumque Parisinus 6810 noster *P* laudatur. codex ad editionem hanc alteram excussus est missus Berolinum. optime scriptus est, sed in parte extrema madore situque corruptus: scilicet a p. 174, 12 *mortem* ad p. 180, 9 *gloriae* non pauca evanuerunt; deficit deinde folium, quo comprehendebantur p. 180, 9 *omnes* ... rubr. p. 231, *t de Indicis harundinibus;* sequentia rubr. p. 231, *u de arboribus* .... 188, 8 *protrahant* rursus passim hiant; inde ad p. 198, 3 *annos centum* nihil fere agnoscitur; a p. 198, 3 redit aliquatenus, sed passim hiulcus. —

Codex incipit a rubricarum laterculo, cuius praescriptionem et subscriptionem infra p. C damus. ipse liber caret inscriptione incipiens ab epistula *Solinus Advento salutem*; subscribitur: *expl(icit) f(e)l(iciter) G. Iuli Solini grammatici.*

Q 107 n. 7230 A saec. X. praescriptum: *ego in dei nomine Waldiaudus clericus hunc librum scripsit* [sic] (cf. praef. Partheii et Pinderi ad itin. Antonini p. XIV). deinde fuit Noelliorum. huius editionis causa ibi ubi *M* aut mancus est aut deficit totus, id est inde a p. 174, 12 *mortem* ad finem, contuli hunc librum missum et ipsum Berolinum. praecedit index rubricarum pariter atque in *M*. subscriptio quoque eadem est.

108 n. 7231 saec. X. subscriptio: *expl. fl. G. Iuli Solini grammatici.*

109 n. 7594 saec. XII. caret inscriptione et subscriptione. adest praefatio spuria.

110 n. 11206 (= suppl. Lat. 275[2]) saec. XV. inscriptio post praefationes duas: *polihistor incipit ab ipso editus.* adest praefatio spuria inscripta: *C. Iulius Solinus Hereio oratori salutem.*

111 n. 11382 (= suppl. Lat. 1472) saec. XIII. inscriptio: *incipit polihistor Iulii Solini de situ o. t.*; finit in verbis p. 213, 1 *res est. explitiunt.* deficit locus p. 7, 11 *quique* . . . 8, 1 *octauo.*

112 n. 13698 (= S. Germani 1389, antea 848) saec. XV. inscriptio et subscriptio: *Caii Iulii Solini ad Adventum polihistor sive de situ orbis ac mirabilibus mundi* (*mundi mir.* subscr.) *liber.*

113 n. 17543 (= Navarre 6) saec. XII. inscriptio et subscriptio: *Iulius Solinus de mirabilibus mundi et de situ terrarum.* adest praefatio spuria.

114 n. 17569 (= *Notre Dame* 130) saec. XI. inscriptio ante praefationem: *incipit liber Solini Iulii de situ orbis terrarum et de diversis que in mundo continentur*; subscriptio: *explicit liber I. S. de s. o. t. et de singulis mirabilibus que in m. cont. Iulius Solinus explicit feliciter st. et d. domni Th. pr.*

115 n. 18245 (= *Feuillants* 41) saec. XV. inscriptio: *incipit Iulius Solinus de mirabilibus mundi et de situ terrarum*; subscriptio: *Iulini* (sic) *Solini sive gramatici polihistori ab ipso conditus et recognitus liber explicit fel. st. et industria Theodosii pr. inv.*

116 n. 18246 (= *Notre Dame* 258) scriptus Viterbii a. 1467. inscriptio: *C. Flavii Solini de mirabilibus mundi liber incipitur.*

117 Mazarinae bibliothecae n. 1526 scriptus a. 1406. inscriptio ante praefationem: *Iulii Solini sive grammatici in librum polyhistor pro-*

logus incipit; subscriptio: *Iulii Solini ad Theodosium principem de mirabilibus mundi liber explicit.*

PATAVII

*118 univ. n. 1234. adest praefatio spuria.

PERUSIAE

*119 D n. 32.

ROMAE

120 Vaticanus n. 1699 saec. XIV. inscriptio (in margine, sed manu ut videtur eadem): *de situ orbis terre et de sing. mir. mundi*; subscriptio: *Iulii Solini collectanearum liber explicit.*

121 n. 1860 saec. XIV. subscriptio: *explicit polihistor Solini.* adest praefatio spuria. divisus est in libros numero XXXV.

122 n. 1933 saec. XV. inscriptio: *C. Iulii Solini sive gramatici polihystor ab ipso ed. et rec. de situ o. t. et de s. mir. q. in m. habentur.* adest praefatio spuria.

123 n. 1934 saec. XV. subscriptio Theodosiana: *I. S. expl. fel. st. et d. domni Th. inv. pr.*

R 124 n. 3342 saec. X scriptus fortasse Casini, unde probabile est habuisse eum Fulvium Ursinum (Nolhac *la bibliothèque de Fulvio Orsini* Parisiis 1887 p. 275). observavit Sickelius, qui mea causa librum examinavit, litteraturam simillimam esse codicis Casinatis n. 76 reliquorumque librorum scriptorum Casini sub abbate Aligerno (949—996). ego contuli Romae. — Post rubricarum laterculum, qui praescriptione caret, sequitur sub inscriptione *Solinus Advento salutem* praefatio, deinde sine titulo libellus. in fine deficiunt p. 197, 2 *ua in sextam* . . . 202, 14 *mansionibus bereni* et rursus extrema inde a p. 203, 14 *et sexagies,* quem defectum totum fere explet codex ex hoc etiamtum pleniore descriptus Vaticanus reginae n. 1875 (infra n. 140). — Ipse librarius quae mutavit (*R*[b]), plerumque ad archetypum correcta sunt, raro corrupta, ut 186, 4 *calores*] *colorem.* sprevi quae mutavit manus secunda alia derivata ex codicibus vulgaribus, alia ex coniectura, ut sunt 41, 13 *puniceo colore rubescunt* — 41, 17 *alias*] *alibi* — 44, 9 additum *Corsica insula multis promuntoriis angulosa . . . in lato milia passuum XXVI* similiaque.

125 n. 3343 saec. X, item olim Fulvii Ursini (cf. Nolhac l. c. p. 276). inscriptio et subscriptio: *liber Iulii Solini de situ orbis terrarum et de singulis mirabilibus quae fiunt in mundo* (*quae mundi ambitu continentur* subscr.). egit de libro Alcides Macé *un im-*

portant manuscrit de Solin (*mélanges d'archéologie et d'histoire* tom. 8 Romae 1888). codex quamquam utilitatem non habet quam tribuit Macé indole eius parum perspecta, nihilominus memorabilis est utpote inter contaminatos unus antiquissimorum. duobus libris librarium usum esse demonstrant dittographiae multae in textum receptae ita, ut alteram lectionem plerumqne emendator deleverit, ut 26, 9 *quadraginta quinque vel quadragies quinque*. horum archetyporum alterum fuit classis primae, quae eo loco habet *quadragies quinque*, alterum tertiae, ubi est *quadraginta quinque*. pariter ducunt ad codicem similem nostri *N* lectiones 1, 11 *magis inesse* cum *NH* et 162, 3 *sucore* cum *CN*, cum classis tertiae propriae sint et interpolatio p. 118, 2 = 219, 33 *qui ut Aristoteles* et lectiones non paucae, ut 21, 1 *conductor* — 22, 6 *hoc etiam receperunt quod* — 45, 2 *de Ulixis erroribus* (in textu). sed suo editionis interpolatae exemplari librarius usus est indiligenter; nam abest praefatio altera et remansit hiatus p. 209, 1—213, 2. itaque cum classis primae exemplaria pura iusto numero suppetant, interpolatam editionem codex imperfecte repraesentet, ab eo abstinuimus.

126 n. 7646 saec. XV. inscriptio: *Iulii Solini grammatici de mirabilibus mundi incipit feliciter.*

127 Ottobonianus n. 1140 scriptus a. 1444. subscriptio: *Gaii Solini polihistor liber explicit.* adest praefatio spuria.

128 Ottobonianus n. 1387 saec. XIV. inscriptio et subscriptio: *C. Iulii Solini sive grammatici polyhystor ab ipso ed. et rec. de situ o. t. et de s. mir. q. in mundo habentur.* adest praefatio spuria.

129 Ottobonianus n. 1952 saec. XV. subscriptio Theodosiana: *I. S. expl. fel. st. et d. domini Th. inv. pr.*

130 Ottobonianus n. 2072 saec. XIV. caret titulo. adest praefatio spuria in folio postea adiecto.

131 Palatinus n. 876 saec. XIV. inscriptio ante praefationem: *incipit liber Iulii Solini de mirabilibus mundi studio et diligentia Theodosii principis*, ante librum: *incipit liber I. S. st. et d. Theodosii principis.* ex tribus libris Palatinis, quibus in praefatione se usum esse ait Salmasius, 'uno antiquissimo' (nempe nostro *H*), 'altero 'mediae vetustatis, tertio infimae et in charta scripto, sed ex optimo 'exemplari, ut apparebat, desumpto', hunc potius esse secundum quam eum qui sequitur probabiliter statuit Stowasser (*Jahresbericht der öffentlichen Unterrealschule in Wien, III. Bezirk*,

1892/3), pluribus commentus de libro hoc sequentibusque tribus inutilibus omnibus.

132 Palatinus n. 1357 saec. XIII. inscriptio: *commenta Iulii Solini sive gramatici polyhistor ab ipso ed. et rec. de situ o. t. et de s. m. q. in mundo habentur*; subscriptio: *feliciter liber perscriptus C. I. S. sive gr. pol. ab ipso ed. et rec.* adest praefatio spuria. Stowasser l. c. p. 7.

133 Palatinus n. 1569 saec. XVI, qui videtur esse Salmasii tertius chartaceus (vide ad n. 131). subscriptio: *C. Iuli Solini sive grammatici polihistor ab ipso ed. et rec.* deficientibus foliis quibusdam desiderantur loci p. 6, 3 *cuius* .... 11, 24 *uita eius* et p. 162, 10 *impositum* ... 166, 10 *namque.* adest praefatio spuria. Stowasser l. c. p. 10.

134 Palatinus n. 1570 saec. XV origine Frankenthaliensis. inscriptio et subscriptio: *Caii Iulii Solini rerum memorabilium collectanea.* tertii ordinis est, etsi abest praefatio spuria. Stowasser l. c. p. 8. Solini editio princeps excusa Romae c. a. 1470 (p. LVI n. 154) aut hunc codicem expressit aut simillimum.

135 reginae n. 1478 saec. XV. adest praefatio spuria. adhaeret carmen pariter atque in Parisino 6810, nostro *P* et subscriptio quoque triplex eadem, ut ex eo libro hic videatur descriptus esse.

136 reginae n. 1534 saec. XV. inscriptio ante praefationem spuriam: *incipit liber Iulii Solini grammatici de mirabilibus mundi et de situ terrarum feliciter*, ante genuinam: *pholihistor Solini.* adest praefatio spuria.

137 reginae n. 1643 saec. XIII. inscriptio et subscriptio: *Solinus de mirabilibus mundi et de situ terrarum.*

138 reginae n. 1658 saec. XIII/XIV. inscriptio: *C. I. S. grammatici polihystor ab ipso ed. et rec. de situ o. t. et de sing. mir. q. in m. habentur.* deficit locus 130, 6 *quocumque* ... 159, 7 *cuius crepitu.* adest praefatio spuria.

139 reginae n. 1752. inscriptio: *C. I. S. sive grammatici polyhistor ab ipso ed. et rec. incipit.* adest praefatio spuria.

[R] 140 reginae n. 1875 saec. XIV, aliquando *dni Iehu Basin litterarum apostolicarum correctoris.* inscribitur: *incipit liber Solini de mirabilibus mundi.* finit p. 214, 4 *aere nebulo* extremis deficientibus, quae ex codice aliquo vulgari postea expleta sunt adiecta subscriptione *C. Iulii Solini sive gramatici polihistor liber explicitus est.* codex descriptus est, ut specimen declarat, ex Vaticano 3342,

nostro *R* etiamtum integriore et eatenus prodest, quatenus eum explet.

141 Urbinas n. 999 saec. XV. inscriptio ante praefationem spuriam: *in hoc codice continetur liber Iulii Solini Apolinaris* [sic] *de mirabilibus mundi,* ante praefationem genuinam: *C. Iulii Solini de situ o. t. et de sing. mir. q. in m. habentur incipit.* adest praefatio spuria.

142 Barberinianus VIII 63 (antea n. 1494) saec. XV. inscriptio: *Gaii Publii Solini viri doctissimi liber polinistor, ubi omnis antiquitatis miranda sub compendio lecta sunt*; subscriptio: *Gaii Solini viri doctissimi polinistor explicit.* adest praefatio spuria. dixit de eo libro Stowasser (l. c. ad n. 131) p. 12 non sine diligentia, sed sine fructu.

143 Casanatensis B. III. 1 saec. XIV. inscriptio ante praefationem spuriam: *epistola consularis* (enatum ex praenomine *C.*) *Iulii Solini grammatici,* ante librum: *polystoris Iulii Solini ab ipso editi et recogniti pars prima incipit*; subscriptio: *consularis Iulii Solini grammatici polyhistor ab ipso ed. et rec.* divisus est liber in partes quattuor. adest praefatio spuria, sed textus magis est classis secundae. dixit de libro Stowasser (l. c. ad n. 131) p. 13.

144 bibliothecae Victorii Emmanuelis Sessorianorum n. 17 saec. X/XI. inscriptio in margine: *Solini de mirabilibus mundi*; deficit 160, 9 verb. *singulis vel.* specimen dedit Preller *Zeitschrift für Alterthumswissenschaft* 1847 p. 209. adest praefatio spuria.

ROUEN

*145 n. 1421 (O 34) saec. XII (*cat. des dép.* vol. 1 a. 1886 p. 425). subscriptio Theodosiana: *I. S. liber expl. fel. st. et vigilantia domni Th. inv. pr. et christianissimi imperatoris.*

SAINT MIHIEL

*146 n. 42 saec. XI (*cat. des dép.* vol. 3 a. 1861 p. 528). inscriptio deest, cum incipiat mancus p. 15, 4 verbis *stomachi clauditur*; subscriptio: *explicit liber I. S. de situ o. t. et de sing. mir. que mundi ambitu continentur.*

AD SANCTI GALLI

S 147 n. 187 saec. X, ut credunt, tamen fortasse is ipse, qui recensetur inter libros scriptos ibi sub abbate Hartmoto a. 872—883 (Ratpertus ad cod. Sangall. n. 267, casus sancti Galli MG. SS. 2, 72 = *Mitth. d. vaterl. Gesellschaft für St. Gallen* vol. 13 a. 1872

p. 54) sic: *Polihystorem Solini in vol. I*; item in catalogo bibliothecae Sangallensis scripto ut creditur saec. IX (G. Becker catalogi bibl. antiqui p. 34 n. 209) sic: *Solinus I*; denique in catalogo altero aequali (Becker l. c. p. 53 n. 419), modo recte is ad hanc bibliothecam referatur, sic: *Solini polihistor.* nec diversus erit codex *venerandae vetustatis*, quem Vadianus (ad Melam Basileae 1522 in appendice contra Camertem c. 4. 10) ait nuper se ex bibliotheca Sangallensi impetravisse. eum adhibui ad editionem priorem excussum diligentissime a Rothio. — Praescribitur et huic libro et simillimis duobus Angelomontano *A* et Florentino *F*: *C.* (*commenta A*) *Iuli* (*iulii A*) *Solini sive grammatici Polyhistor* (*poliystor A*) *ab ipso editus et recognitus de situ* (*de posito F*) *orbis terrarum et de singulis mirabilibus quae in mundo habentur.* subscribitur in iisdem: *feliciter liber perscriptus C. Iulii Solini sive grammatici polyhistor* (*polihystor A*) *ab ipso editus et recognitus.*

VENETIIS

148 Marcianus Lat. cl. X n. 29 (Valentinelli cl. 22 n. 111) saec. XIV. inscriptio nulla; subscriptio: *explicit Solinus de mirabilibus mundi et situ terrarum et aquarum.* adest praefatiospuria.

149 Marcianus cl. X n. 102 saec. XV. inscriptio et subscriptio nullae. adest praefatio spuria, sed in folio postea adiecto.

150 Marcianus cl. X n. 115 (Valentinelli cl. 22 n. 110) saec. XII. inscriptio: *C. Iulii Solini sive grammatici polyhistor ab ipso editus et recognitus de situ orbis terrarum et de singulis mirabilibus quae in mundo habentur.* subscriptio: *feliciter liber perscriptus C. Iulii Solini sive grammatici polihistor ab ipso aeditus et recognitus.* adest praefatio spuria.

150 A. Marcianus Zanettianus Lat. n. 389 (Valentinelli cl. 22 n. 109) saec. XV. inscriptio: *Iulii Solini grammatici de mirabilibus mundi incipit foeliciter.* adhaeret caput Bedanum de Hibernia (v. n. 38).

VINDOBONAE

151 n. 215 (= hist. prof. 664, catalogi Endlicheriani n. CCXLIX) saec. XV. inscriptio et subscriptio: *Iulii Solini de situ o. t. et de sing. mir. q. in m. habentur.*

152 n. 3184 (= Salisburgensis 41 *B*; catalogi Endlicheriani n. CCL) saec. XV. inscriptio eadem.

WOLFENBVETTEL

G 153 Gudianus n. 163 saec. X. in prima pagina legitur *iste liber est ecclesie sancti Launomari*, ubi item supra n. 91 videmus olim fuisse co-

dicem hodie Parisinum 6810, nostrum *P.* in eadem pagina item scribitur *ex bibliotheca Mazarina Gabriel Naudaeus.* codex editionis prioris causa bis collatus est Berolinum missus a Bethmanno bibliothecae tum praefecto, primum a. 1860 a Gustavo Parthey, deinde ego librum domi habui et recognovi. deficientibus primis quaternionibus codex hodie incipit p. 28, 15 a verbis *Cato princeps*; praeterea folium paenultimum lacerum est. inscriptio periit; pro subscriptione est nudum *explicit.*

Libri hodie latentes deperditive.

Mariangelus Accursius in diatribis (Romae 1524 fol.) Solinum multis locis castigavit usus praeter libros Vaticanos et Palatinos etiam codice suo.

Burdigalensium Dominicanorum codex is, ex quo Elias Vinetus et Eutropium et Florum et Solinum (Pictavii 1554. 8) edidit, habens in hoc subscriptionem Theodosianam: *Iulius Solinus explicit feliciter st. et dil. domini Th. inv. pr.*, videtur interiisse (cf. H. Droysen in praef. ad Eutropium p. XX).

Burdigalensis alter, quem ex eadem bibliotheca idem Vinetus habuit, recentior illo inscriptus fuit: *I. S. grammatici polyhistor ab ipso editus et recognitus de situ o. t. et de sing. mir. quae in mundo habentur.* adfuit in eo praefatio spuria.

Corbeiensis bibliothecae catalogus saec. XII (Becker catalogi bibl. antiqui p. 285 n. 321): 'Virgilius. Flavius de re militari. Lucanus. Solinus de situ orbis terrarum'.

Laureshamensis S. Nazarii bibliothecae catalogus saec. X (Becker l. c. p. 84 n. 95 et p. 120 n. 20): 'Solini polyhistor de situ orbis terrarum et mirabilibus in uno codice'.

Vaticanus Ottobonianus n. 2540 secundum scriptum catalogum Solinum continens iam pridem desideratur.

Epitomae et excerpta.

a Petrus diaconus monachus monasterii montis Casini saec. XII testibus chronicis ipsius (l. 4 c. 66. MG. SS. 7, 795) 'Solinum de miraculis breviavit'.

b Theoderici cuiusdam epitomen metricam libelli Soliniani servarunt duo libri Bruxellenses, imperfectus n. 8891 f. 46—51 saec. XII sub praescripto *excerptum de scriptis Solini* non habens nisi primos versus 259 finiens in versu *transvolitant celeri saltu per linthea veli* (eos edidit Leopoldus Latapie *Bulletin de l'Academie R. de Belgique* vol. 16 a. 1849 part. 2 p. 79 seq.), alter plenus n. 10712/3 f. 179—183 item saec. XII, unde excerpta quaedam publici iuris fecit baro de Reiffenberg (*annuaire de la bibliothèque R. de Belgique* vol. 4 c. 1843 p. 67—72). inscriptione caret liber uterque, nam priori quod praescriptum est: *excerptum de scriptis Solini* est a manu recentiore. subieci praescripta:

auribus aut oculis non totus sufficit orbis,
non omnis nova res, oculos quae mulcet et aures,
sed quae mirentur homines nec rara videntur.
hinc iuvat audiri quod non est copia cerni,
unde mihi facilem si quisquam praebeat aurem,
quae de Solini scriptis miranda relegi
ex rebus variis, brevibus mandabo lituris,
multa quidem referens et eorum multa relinquens.
sermo sed incomptus ne sit tibi forte molestus,
lector, clementem tibi reddet, ut arbitror, aurem
mira fides rerum, compendia tot novitatum.
quomodocumque sonet sermo, sit dulce quod affert:
aurum subversis penitus reperitur harenis
nec labor ille dolet, qui de spe divite gaudet.

(sequitur in codice 10712/3 index capitum)

legerat hos Stephanus, studii probitatis amicus,
versiculos tituli compendia grata professi,
arridensque mihi: nobis sudabitur[1]), inquit,
hoc opus, unde[2]) tuis poteris prodesse coaevis,
ut mentem studiis aptent et rebus honestis.
haec ait atque[3]) suae dextram me iungere dextrae

1) suadebitur *cod.* 8891. 2) inde *cod.* 8891. 3) haec atque ad *cod.* 10712.

cogens: hoc operis coeptum mihi perfice, dixit.
erubui tacitus paulo post pauca locutus:
parebo, dixi; plus iussio posset amici.
tantum quod scribo penitus proferre caveto,
deque meo [1]) titulus semper sit nomine mutus,
ne me verbosum, ne me testetur ineptum
et dignum poena, quod feci vile [2]) poema,
Quintilius vates ne dicat: corrige, sodes,
istud et hoc male stat, vatum chorus hoc tibi damnat.
at si, quod nolo, si forte legatur ab ullo
qui sensu modicum non novit Theodericum,
donet [3]) me venia, reputans tibi, non sibi scripta.
quidquid [4]) in hoc pecco, te respicit, arbiter esto.

In parte haec redeunt in fine codicis integri:

haec [5]) de Solini scriptis miranda relegi
hoc et mandavi curae quae digna putavi.
. . . .
si mea scripta legas aliis, authentica [6]) reddas.

Auctor igitur fuit Theodericus quidam [7]), quem fuisse Lobbiensem virum doctum saec. XII (M. G. SS. 21 p. 317) coniecit Ludovicus Traube (O Roma nobilis act. Monac. vol. 19 part. 2 p. 358); dedicavit is libellum nescio cui Stephano.

c Epitome Solini hexametrica, quam a Marquardo Frehero habuit Salmasius (v. eius exerc. p. 20. 25 al. et Vossius de hist. lat. l. III s. v. Solinus), fortasse est ipsa Theodericiana.

d Berolinensis Phillippsianorum n. 61 (= 1728) saec. XII f. 76 (catal. editi p. 117) sub praescripto: *hi versus hoc ordine non erant transcribendi, sed ut in fine eorum capitula docent: historia Solini docet ordinata* exhibet Solini epitomen versibus leoninis conceptam incipientem sic:

iaculus serp. Hic semper ventis pernitior atque sagittis
tranfigit quoque iaculatus ab arbore sese.

finientem sic:

grifes equ. Hanc quasi per modicam grifes vehit ungue rapinam

capitula in fine incipiunt *I. Ladas. Polimestor;* finiunt *psitacus.* differre

1) meos *cod.* 8891. 2) qui feci mille *cod.* 8891. 3) donec *cod.* 8891. 4) quincquid *cod.* 8891. 5) hoc *cod.* 10712. 6) autetica *cod.* 10712. 7) Iudaeum eum fecit Reiffenberg l. c. p. 71 legens in indice capitulorum *Iudaea regio mea;* at in codice esse non *mea*, sed *in ea*, adnotant Goldstaub et Wendriner *ein toscovenezianischer Bestiarius* (Halle 1892) p. 162.

epitomen Theodericianam ab ea, cuius reliquiae supersunt in codice Phillippsiano inde colligitur, quod in illa caput de velocitate hominum sic incipit:

Sic currendo Ladas celeres tulit equore plantas,
liquerit ut nullum gressus in pulvere signum.

praeterito Polymestore; contra in Phillippsiana haec leguntur:

Ladas: Hic dum currebat, tanta levitate vigebat,
ut minime lesam pede pervolitaret harenam.
Polimestor: hic poterat facile leporem currendo praeire.

e Bruxellensis n. 10098 saec. XII p. 1—9: *excerpta de libro Iulii Solini de mirabilibus.*

f Bruxellensis n. 15773 a. 1581.

g Evreux n. 1 saec. XIII (*cat. des dép.* 2 a. 1888 p. 401).

h Florentinus Laurentianus 20, 48 saec. XII.

i Florentinus Laurentianus S. Crucis 7, 10 saec. XIII.

k Laon n. 461 saec. XIV (*cat. des dép.* vol. 1 a. 1849 p. 243).

l Londinii Cottonianus Faust. A VIII f. 104 (Rühl *Verbreitung des Iustin im Mittelalter.* Lipsiae 1871 p. 33).

m Londinii Sloane n. 2030 saec. XII/XIII. inscriptio: *incipit liber Solini ae mirabilibus mundi.*

n Londinii mus. Brit. add. n. 14092 saec. XIV.

o Monacensis 14714 sive Ratisponensis S. Emmerami G 98 saec. XII.

p Nimes n. 52 saec. XII/XIII (*cat. des dép.* vol. 7 a. 1885 p. 557).

q Nizza n. 92 vide p. XXVIII sub Heirico.

r Oxoniensis Bodleianus Canonic. script. eccl. n. 223 a. 1489.

s Parisinus n. 6818 saec. XIV. inscriptio: *Solinus de mirabilibus mundi abreviatio.*

t Parisinus n. 8818 vide p. XXVIII sub Heirico.

u Parisinus n. 14726 (antea S. Victoris) saec. XIII. inscriptio: *abbreviatio ex verbis Solini de mirabilibus mundi.* incipit *Augustus Caesar.*

v Parisinus bibl. Mazarin. n. 1600 saec. XVII.

w Vindobonensis n. 891 (= philol. 425, catalogi Endlicheriani n. CDXX) saec. X. proponuntur permixta excerpta *ex aethimologia Ysidori episcopi* et *ex libro Solini.*

x Vindobonensis n. 3959 saec. XV.

y Guelferbytanus Gud. 133 saec. X.

z Guelferbytanus Aug. 8.

C. Editiones.[1])

154 princeps sine loco et anno, impressa Romae per Ioh. Schurener de Bopardia (Hein n. 14874). inscriptio: *Caii Iulii Solini memorabilium collectanea.* typographus expressisse videtur codicem nostrum n. 134 simillimumve. — Ex hac editione videntur descendere impressae hae: sine loco et anno (qui fuit ante 1474) adiecta praefatione Bonini Mombritii directa Antonio Triulcio — Parmae per Andream Portiliam a. 1480 — Venetiis per Theodorum de Regazonibus de Asula a. 1491 — Venetiis a. 1493 — Venetiis a. 1498; certe in omnibus ad finem praefationis genuinae adhaerent verba interpolata *quod ante omnia demittere in pectus tuum velim ac scribere* ad p. 2, 7 pertinentia. praefatio spuria abest et a principe et a reliquis praeter Mombritianam, quae cum praeterea per paginas versusque principi respondeat, primus quaternio et praefationem alteram et indicem capitulorum continens a principe recedit. etiam Bartolinus Atriensis, qui Solinum edidit Brixiae a. 1498 quamquam in praefatione ait eum a se castigatum esse *multis adhibitis et novis et vetustis exemplaribus*, principem editionem repetivit hic illic temere correctam ex coniectura. denique editio impressa Pisauri ab Hieronymo Soncino a. 1512 repetita est, ut ait qui praefationem scripsit Alexander Gaboardus Turellanus, ad exemplar Venetum, scilicet ex supra dictis unum, nam a principe non discedit nisi cum iis (ita p. 16, 1, ubi princeps *dein minui at*, et Veneta exempla et Pisaurense legunt *deminui autem*; item p. 118, 1 pro *angio* substituunt *angulo*). sed addidit Turellanus 'con-

---

1) Virorum doctorum in Solinum adnotationes manu scriptas in bibliothecarum catalogis offendi has:

Iac. Bongarsii ad ed. Vineti, hodie bibliothecae Bernensis W 35 adscripsit variam lectionem libri tum Pithoeani, qui iam est Parisinus 6831.

Casauboni animadversiones ad Solinum servat bibliotheca Cantabrigiensis (advers. 35)

Ferd. Lindenbrogii adnotationes ad codices hodie Havnienses (vide p. XXXV note 1).

Oudendorpii collectanea Soliniana sunt in codice bibl. Leidensis n. 577 catalogi Geeliani.

Anonymi adnotationes ad ed. Iuntinam a. 1526 servat bibliotheca senatus Lipsiensis rep. I. 8, 89.

Anonymi collationem Solini cum quattuor mss. regiis servat mus. Britannici codex Sloane n. 111.

latis', ut ait, 'quatuor exemplaribus antiquissimis' et praefationem spuriam et in appendice varias lectiones aliquot ex codicibus petitas, quarum tamen in ipsa editione vestigium ego nullum repperi.

155 Venetiis per Nicolaum Ienson Gallicum 1473. inscriptio post indicem capitulorum: *Iulii Solini de situ orbis terrarum et memorabilium quae mundi ambitu continentur liber.* praefatio spuria hic quoque abest. archetypum proxime accessit ad codicem nostrum n. 38 Londiniensem Arundelianum 5.

156 Bononiae n. 1500 cura Philippi Beroaldi. is expressit editionem Venetam a. 1473, sed hic illic textum emendavit.

157 Florentina Iuntina a. 1519. adest ante genuinam praefatio spuria praescripto titulo: *Solini epistola ad Antium ex vetustissimo codice descripta.* sequitur in universum editionem principem, sed passim textus reperitur mutatus.

Vindobonae a. 1520 per Ioh. Camertem.

158 Pictavis a. 1554 prodiit *C. Iulii Solini polyhistor ex antiquis Burdegalensium Dominicanorum codicibus ita restitutus, ut nunc primum natus et editus videri possit* cura Eliae Vineti. de codicibus iis diximus p. LII; pauca inde adsumpsit Vinetus repraesentans fere Iuntinam.

Claudius Salmasius Solinum edidit Parisiis a. 1629, quae editio cura Pitisci repetita est Traiecti ad Rhenum a. 1689. praeter commentarios doctrinae saepe molestae, sed tamen perfectae nec facile superandae apparatum quoque criticum vir summus congessit nequaquam spernendum, usus praesertim libris Parisinis qui nobis sunt *P* et *M*, sed neque ea qua par est constantia Solinum recensuit neque commentario variam lectionem perpetuam inseruit.

De editione mea priore edita Berolini a. 1864 quae tum praefatus sum, hoc loco repetenda esse duxi. 'habuit vel ea sua fata. consilium ceperant Solini recognoscendi eodem tempore Carolus Ludovicus 'Roth Basileae et Gustavus Parthey Berolini: mox vero hic de Rothii 'consilio certior factus quae ad eam rem pararat Rothio sponte dono 'obtulit. quae Rothius ita accepit, ut si quid sibi accidisset, collectane'orum suorum Solinianorum Partheium heredem faceret. quare Rothio 'morte immatura nec necessariis eius solis lugenda paulo post defuncto '(† a. 1860 Iul. 16) redierunt ad Partheium Soliniana non solum sua, 'sed etiam Rothiana, praeclarum sane futurae editionis fundamentum. 'tractare igitur coepit Partheius Solinum, quem superadderet tot auctori-

'bus utilibus magis quam bonis et propterea vulgo spretis, restitutis 'autem sua industria suaque in minimos quosque et debiles infra classem 'classicos indulgentia et quasi caritate: iamque editionem fere absolverat, 'cum de eius consilio et instrumento quid sentirem ex me quaesivit. 'ita ut obsequerer homini amico et familiari, in eam rem inquirere coepi 'cumque ei significassem apparatum nondum satis plenum mihi videri 'nec per eum liquere de fundamento editionis Salmasianae bonamque 'me spem habere de libris Parisinis et Leidensibus, quos tum non no- 'ramus nisi ex catalogis editis Salmasioque, obsecutus mihi est amicus 'meque rogavit, ut in instrumento augendo et in textu recognoscendo 'se adiuvarem: quod me facturum esse recepi. deinde vero opera pro- 'cedente intelleximus tam in parvis rebus quam in magnis unum esse 'debere operis magistrum, itaque evenit, ut ego ex structore fierem 'architectus, amicus autem editoris persona deposita redemptor. patet 'tamen ex hac narratione si quid profecerunt litterae auctore diu ne- 'glecto iam ad libros scriptos exacto, eius meriti laudes non tam mihi 'deberi, qui postremam tantum et fere subitariam operam Solino im- 'pendi, sed Carolo Ludovico Rothio et Gustavo Partheio, qui hanc edi- 'tionem suis laboribus fundaverunt'.

III. CODICVM CLASSES TRES.

Accedimus ad quaestionem de codicibus Solini, quos modo recensuimus, recte aestimandis, variam eam et pro libelli tenuitate satis implicatam. eam ita instituemus, ut hoc capite tres librorum ordines distinguamus, quorum quivis sua merita suosque naevos habeat, in singulis autem ordinibus quomodo libri a nobis adhibiti inter se aut conveniant aut differant expendamus. — Cuiusvis ordinis exemplaria complura extare a nobis reiecta propterea quod adhibita sufficiunt aliisque adsumptis inutilibus mendis tantummodo apparatus augeatur, ostendent loci ii, ad quos omnium mihi notorum codicum lectionem speciminis causa adieci. sunt praeterea inter codices reiectos non pauci scripti pluribus exemplaribus adhibitis itaque non solum inutiles, sed etiam praevaricantes. nam contaminatio vix in ullo eorum qui supersunt auctore latius grassata est quam in Solino.

CLASSIS PRIMA

Classis prima, cuius tamquam notae primariae sunt ex una parte hiatus effectus amisso folio archetypi paenultimo, ab altera parte immunitas huiusce ordinis librorum ab interpolatione gravioris momenti, redit ad archetypum fortasse scriptum ante saeculum sextum. nam ut mittamus codicis huiusce classis *C* consensum in erroribus cum Marciano Capella mirum, sed fortasse casu effectum (vide infra p. LXXXIX), ni fallit locus 46, 14 (*ichnus*) Isidorus usus est codice a naevis huic librorum ordini propriis non immuni. sed ut de Isidori codice Soliniano quae infra (p. LXXXIX seq.) dicentur, adhuc dubitationi obnoxia sunt, ita certum est codicem ita mutilum, ut modo dixi, extitisse a. 825, quo eum adhibuit Dicuil. item archetypum tam codicis eius quem adhibuit Anonymus Leidensis quam Heidelbergensis scriptum fuit ante a. 850. exemplaria quae extant saec. X non excedunt. a nobis selecta sunt haec:

R = Vaticanus 3342 } ducti ex eodem archetypo
C = Casinas }

N = Havniensis 444 } affines
S = Sangallensis ex codicibus duobus, altero nostri *N* simillimo, quem in parte prima fere ad p. 74 presse sequitur, altero classis tertiae contaminatus, quatenus huiusce classis est.
A = Angelomontanus pracedenti similis, sed interpolatione ulterius grassata.
**H* = Heidelbergensis et Anonymus Leidensis consentientes.
H = Heidelbergensis ubi Anon. Leidensis deficit.

Dicuiliana excerpta. A Diculo huiusce classis exemplar adhibitum esse praeter hiatum supra dictum aliorumque errorum gravissimorum communionem, de qua mox dicetur, inde efficitur, quod loci in auctario p. 217—221 compositi omissi in classe hac, recepti autem ex parte in classem secundam, plene in tertiam, Dicuil non novit. certe afferens locum 100, 12 omittit quae interponunt libri illi de navibus vimineis; item si copia ei fuisset

relationis p. 219, 3—29, non negasset c. 7, 15 insulas oceani septentrionalis memorari *in libris auctorum*, a quibus destitutus narrationem ibi apposuit *alicuius presbyteri religiosi*.

Horum librorum proprietates ut explanentur, proponemus exemplis selectis lectiones primum *R* et *C* singulares, deinde utrique communes, item codicum *N* et **H* vel *H* primum singulares, deinde iis communes, mox lectiones huius classis singulares a lege communi recedentes, denique mendas libris omnibus *RCNH Dic.* communes.

R errores singulares.

9, 10 profunda caligine *om.*
11, 15 ut . . . . 16 anno *om.*
12, 17 edidit *om.*
12, 21 hominum *om.*
40, 9 capi] capite
52, 12 Gelonium stagnum *om.*
54, 10 Aetnae] aeterna
57, 15 alluuntur] clauduntur *cum* C^2
66, 19 Romanae gloriae] romanae ecclesiae
85, 9 eos] iudeos
85, 16 Sauromatas] aromata
121, 9 hyeniam] yenam

C errores singulares.

Numero pauciores sunt quam in gemello *R* et saepius orti ex falsa doctrina quam ex neglegentia.

19, 18 ingenium] ingenium ualeat
31, 20 laterum] litorum
50, 14 campus Hennensis] campus ethnensis
156, 16 Catoten] catochiten

RC errores communes.

Commune utriusque libri archetypum praeter errores alios non paucos subinde pro vocabulo maxime insolentiore aliud substituit significatione eadem (vide infra 17, 1. 164, 13. 174, 2. 3. 175, 5. 176, 10. 191, 10). glossas quoque habuerit necesse est, cum 47, 10 post *scaturrigines* *C* in textu habeat, sed deletum, *id est euullientes*, item 128, 15 in *R* sit *nexuunt* (supra: *nectunt*) manu eadem utrumque, ubi *nexuunt* habent CN, *nectunt* reliqui.

1, 11 magis inesse *om.* *RC*
3, 19 habet] habens *RC*
4, 16 conuiui et] *cl. II*, conuiuiae *NS*, conuiae *H*, conuiuia *RC*
17, 1 unguiculis] ungulis *RC cum cl. II*
18, 14 Antoniam] *cl. II*, antonian *NS*, antian *H*, antoniana *RC*
25, 12 mille ducenta] cccc (*ex* ∞cc) *RC*
35, 9 Veneri matri quae frutis dicitur] u. m. q. ericis d. *RC*
37, 6 nectente] *cl. II*, netente *N*, nente *S*, nitente *RC*, uertente *H*
45, 2 supinati] *H*, sup(p)inatis *NS cum cl. II*, supinitatis *RC cum AP*
53, 4 halitu ab ipso] *cl. II*, (h)alitato *NHSA*, halitu *RC*
77, 9 quo] *cl. II et N*, in quo *SAP*, *om. H*, quod *RC*
82, 4 non iniuria] non sine iniuria *RC*
88, 16 probissimi] *cl. II et N*, probatissimi *RCHS*
97, 3 suffragines] *cl. II Dic. N*, suffragiones *RCHS*
114, 10 equos] *cl. II cum Isidoro*, equas *NHSA*, aquas *RC*
123, 10 alui tumidiores] aliud midiores *N*, aluus humidior est *H*, aliud humiliores *RC*
137, 5 sexaginta] xl *RC*
157, 18 subterlabens] sub terra b(*vel* v)enis *RC*
164, 13 fumidum] fumum *RC*
170, 16 liene] linea *RC*
171, 5 lancinant] laniant *RC*
174, 2 numerant] nominant *RC*
174, 3 aestivo q. torrente] aestivo q. tempore *RC*
175, 5 plura] multa *RC*
176, 10 ambiguum] dubium *RC*
178, 9 germinis transferendi] *H*, geminis tranferendi *N*, gemmis transferendis *RC*
181, 3 Indica . . . iugerum *om.* *RC*
181, 10 extraordinariae] extra ordinem *RC*
183, 7 inter hos et Indiam gnarissimi Ciconas locaverunt *om.* *RC*
183, 11 etesias] *NH cum cl. II*, et aestas *RC*, et aestatis *A*
193, 10 colos] *NSA**, color *RC et cl. II*
197, 11 gymnosophistas] gymnofistas *RC*
197, 20 natosque] natisque *RC*
206, 4 occipere] *NHS*, accipere *RC cum cl. II*

N et, quatenus primae classis sunt, *SA* proprii errores.

Codex *N*, qui in universum diligenter scriptus est nec multos habet errores non ex archetypo ductos, hiat locis his:

39, 8 filiamque eius Marsis *om.* *N*
114, 12 loco *om.* *N*
198, 1 corporum magnitudine omnes homines *om.* *N*

Eosdem *S* habet plenos; ceterum uterque liber in parte prima tamquam gemelli sunt, sed etiam postea passim conspirant.

58, 4 dispescens] *cl. H et sic fere R,* discens *S,* disciscens *N,* desciscens *A*
109, 4 ingrui] ingrue *NS*
113, 9 magis] maius *NS*
120, 16 Scaeuola] sc(a)efola *NS*
129, 2 algu inhorrescat] alguine horrescat *NSA*
185, 13 sescenta] sexcentena *NSA*
193, 13 nuclei] nuculei *NS*

**H* (= Heidelbergensis et Anonymi Leidensis consentientium) et *H* (Heidelbergensis deficiente Leidensi) errores proprii.

Codices duos eum, quem adhibuit Anonymus Leidensis scribens c. a. 850, et Heidelbergensem scriptum saec. XI ita consentire, ut hunc ex illo descriptum esse verisimile sit, exempla quae sequuntur ita declarant, ut etiam vitia plurima et gravissima adeoque hiatus (106, 10. 108, 5) ex nostris in solo Heidelbergensi reperta apud Leidensem redeant; quam ob rem Leidensis editorem Manitium librum a Leidensi adhibitum pro archetypo Solinianorum omnium venditavisse, nisi nossemus hominem, miraremur. sed tamen quamquam excerpta Leidensia et codex Heidelbergensis ad idem archetypum redeunt, ab huiusce libri vitiis non paucis illa utpote ex codice duobus minimum saeculis antiquiore pendentia immunia sunt. interpolationes maiores codicis Heidelbergensis compositae p. 222 (quibus addenda sunt verba p. 183, 10 Solinianis inserta) petitae eae fere ex Isidori originibus afuerunt a Leidensis prototypo, certe p. 102, 14. 183, 10, sed sine dubio etiam reliquae; non magis habuit vocabula insiticia 72, 13 *constat*, 197, 2 *novem diebus*; hiatus explentur 102, 11 et 138, 3 et sic deinceps. Leidensis et Heidelbergensis ubi adsunt ambo et differunt, sperni potest alterius utrius lectio mendosa, quam in Heidelbergensi in apparatum rettulimus notatam [*H*], in Leidensi suppressimus; mendas hic habet plurimas et gravissimas non redeuntes in Heidelbergensi et omnino a compilatore commissas, ut 51, 11 *Acidem*] *et eundem* — 101, 1 *Siluram*] *siluestrem* — 116, 9 *meridiem*] *memphym*. ab his duorum librorum sordibus in recensu qui sequitur abstinuimus.

22, 7 vi amnica] biennio *H*
46, 13 Ilienses] hiolenses *H*
50, 16 Liberae] liberi **H*
52, 8 Aegyptias] eptias [*H*], haeptias *Leid.*
64, 9 Athamaniam] emathiam *H*
101, 2 gens Brittana Dumnoni tenent] gens Britannica detinet [*H*], ingens Britannicam tenet *Leid.*
106, 10 Cyprium ... 11 Ligusticum *om.* **H*
108, 5 diceremus quidam tamen Libyam] uocarent libyam **H*
110, 9 Anatim] tanaim *H*
113, 16 deducta] deta *RCN*, dedita *H supplens*
113, 18 nec ab Icosio taciti recedemus] est et oppidum icosium *H*
128, 11 neque .... caelo *om. H*
130, 11 Garamantici Aethiopes matrimonia privatim nesciunt, sed omnibus in venerem vulgo licet] Garamanticis omnibus venus est vulgalis et *H*
132, 11 quaedam ex istis nationibus] quaedam excitationibus *RCN*, quae aeaedem nationes *H eorrigens*
136, 19 plagae sidere] plaga est de re *Leid.*, plaga est dire [*H*]
153, 5 radi abnuit] radia abnuit *CN* (*deficit R*), india abnuit *H corrigens*
153, 7 corona crocea] croco congruit *H*
169, 16 Cremutius auctor est] notum est *H*
174, 8 primos dominos] primas domos **H*
178, 15 caloris] cal(l)is *RCN*, callium **H*
180, 17 Apollini Didymaeo] apollini deli *H*
184, 9 quadringenti] quingentorum **H*
184, 11 medium aevum] mediocum *RC*¹(?)*N*, medium **H corrigens*
186, 10 extra Indi ostium] extra Indiae ostium [*H*], extra Indiam *Leid.*
192, 6 consumunt] consuunt *RC*, consunt *N*, concludunt *H corrigens*
196, 1 Antichthones] *Plinius*, ea(s)chites *cl. I et II*, tum scitas **H corrigens*

Praeter errores hos libro *H* Leidensique proprios, quos ex incuria inscitiave librarii enatos esse patet, aliis locis lectiones huic libro propriae suspicionem movent, annon scriptor archetypi modo exemplum adhibuerit classis secundae tertiaeve, modo Plinium ipsum Isidorumve adsumpserit.

Polyhistoris *titulum novit Anonymus Leidensis* (v. p. XXVIII).

7, 1. 3 Esquilinus] *H cum LMP*, esquilinis *RCNSA*
11, 1 offensi] *H cum LM*, offensione *RCNSA*

12, 10 solus] *H cum LM*, solum *RCNS*
19, 20 naevos] *H cum LM*, neruos *RCNS*
27, 8 XC] *RCMAP cum Plinio*, triginta *H cum LB*
37, 14 quadraginta] *H cum A* et *Plinii libris melioribus*, cccc *RCNLMGS*
38, 5 visendo] *RCNMSA*, visenno *H cum LP*
38, 16 ministerium] *RCNHMSA*, mysterium *H cum LP*
39, 7 dedisset] *H cum LMP*, desisset *RCNSA*
41, 4 dicitur] *RCNMSA*, graece dicitur *LP*, grecum *H*
54, 13 sacra] *RCNMSA*, sacrata **H cum LP*
60, 2 Leleges] *H cum P et Plinio*, leges *RCNLMSA*
63, 7 Pelagonia] *RCNLMS*, paflagonia *H cum AP*
80, 15 ac deinde spilonstoma] sextum spilonstoma ac deinde *H*,
ac deinde
cuius igitur archetypum habuerit necesse est sextum spilonstoma: ac deinde *habent versu praecedente SA*
81, 2 quadraginta] *H cum LMSAP*, quadringenta *RCN Dic.*
96, 12 inperitum] *H cum LMSAP*, inmeritum *RCN Dic.*
100, 13 nonnisi] *RCNSA Dic.*, nisi **H cum LM*
103, 14 in minium] *RCNSAP*, inminiunt *M*, in minium inminuunt *H cum L*
104, 2 frons] *RCN(M)SA cum Plinio et Capella*, fons *H cum L*
128, 16 venae] *RCNLM*, rei *H cum SAP*
134, 8 Nigrim] *RNMSAP*, tigrin *H cum L*: *eandem corruptelam altero loco* 116, 8 *habet* **H solus, tertio* 138, 13 [*H*] *solus.*
140, 1 saginatum] *RCN*, sagitatum *M*, agitatum **H cum LP*, sublatum *SA*
147, 1 Indique] *RCNM cum Plinio*, undique *H cum LSA et Isidoro*
162, 5 et tumet vere] *LM*, et uere *RCN*, autumpno et uere . . . tumescit *H*: *librarius ut de suo locum interpolavit, ita* tumescit *vocabulum adiecit loco quidem alieno, sed vix ex ingenio*
187, 15 Nulo] *H cum LMQP et Plinio*, nilo *RCN*
190, 15 aquae] *H cum LQASP*, atque *RCN*

Plinii Isidorive codicem huiusce recensionis auctor potest inspexisse praeter locos modo adlegatos 37, 14. 60, 2. 147, 1 aliis his:

77, 5 LXXX] *reliqui omnes*, lxx *H cum Isidoro*
83, 20 Iaso] *reliqui omnes*, iasone *H cum Plinio*
86, 3 Moschorum] *reliqui omnes*, oschorum *H cum Isidoro*
151, 3 Papinio] *H cum Plinio*, p. aponio *SA*, p. apronio C^{b}*NLM*, patronio *R*C^{a}
161, 1 anthracias] *reliqui omnes*, antrachites *H cum Plinio*
162, 5 reliqua anni] reliquis anni temporibus *H cum Isidoro*

Leidensis et Heidelbergensis librum archetypum contaminationem subiisse adsumpto codice classis diversae vel emendationem ex auctoribus aliis quamquam ex supra dictis nequaquam liquet, nam aliae quoque causae ea efficere potuerunt, emendationes ex coniectura factae, geminationes, quas infra videbimus adfuisse in archetypo communi classis primae, denique casus, hoc certe inde confirmabitur ubi agitur de lectione archetypi classis primae constituenda, diffidendum esse vel maxime huic codici. ei quod in priore editione nimiam auctoritatem tribui, excusationem habet, carebam enim tum primi ordinis testibus certioribus. in hac quamquam neglegi non debuit, iam loco primario deiectus primae classis ultimus est.

NH et, quatenus primam classem repraesentat, *S* errores communes.

8, 1 ifito] isto N^1*H*
9, 3 septingenti] sexcenti *NHS*
9, 9 anni] annui *NHSA*
9, 24 expedirentur] experirentur N^1*S*, expertirentur *H*, explicarentur N^2*A*
19, 16 Tarquinii Prisci] tarquinii superbi prisci (priscis *H*) *NHS*, pr. tarq. sup. *A*
27, 8 XC] ***RCM cum Plinio***, xl ***NS***, xxx ***HL***
41, 15 excluduntur] excuduntur *NHAP*, exciduntur *S*
48, 20 dum merso] demerso *N*HS*
52, 4 praecentorias *om.* *N*HS*
52, 16 lacu] loco *NHS*
60, 1 Graiae] gratiae *NH*, graue *S*
61, 11 rege] reges *NHSF*
67, 4 experiri] expediri *NS*, expedire *H*
72, 5 non stipata] constipata N^1**HSA*
73, 8 vectitatam] vectitam *NHS*
74, 19 asteria] austeria *NHSA*
80, 14 pseudostoma] ***RC Dic.***, speudostoma ***NH cum Plinii libris***
82, 13 in caerulum] sincerum *NH*
83, 17 ultra] ut *NH*
84, 3 proeliati] proelianti *N*, praeliantes ***H emendans***
85, 3 Satarchae usu] sathareheus *N*, satharcei ***H emendans***
85, 16 sitos] tos *NH*
86, 2 maciantur] mactantur *RC*, metantur *NH*
97, 12 Caesare omnes *vel* omnis] caesonis *NH*

104, 6 favonii] favoniis *NH*
105, 10 Atlanticos] *R^1C*, atlanticus *N*HR^2 Dic.*
108, 17 quo] quod *N*HSAR^2*
121, 15 cohibet] *RC Dic.*, coniuet *NH*, coniuit *S*
124, 20 adulteri] adulterini *NH*
127, 6 extimum] exitum *NH*
128, 7 comis *om.* *NH*
155, 8 tactum] factum *N*HSA*
172, 9 captivusque] captiuus usque *NH*
179, 16 dum *om.* *NH*
181, 14 nec illi] illi *N*, illi non *H emendans*
188, 17 tota] mota *RC*, *om.* *NH emendantes*
193, 15 renitens] renidens *NH*
195, 7 trahentes] trahens *NH*
197, 14 admissusque] missusque *N*H*

Discedunt igitur primae classis libri in universum in duas familias quarum altera libros *RC* comprehendit, altera libros *NH* accedente, quatenus immunis mansit a tertiae classis interpolationibus, *S*. utra familia verum servaverit, plerumque deciditur ex testimonio classis secundae. singulares lectiones tam *R* et *C* quam *N* et *H* omnes fere errores sunt meri, sicut supra adlata exempla ostendunt. sed tamen non desunt loci, ubi primae classis testimonia aut ab illa duarum stirpium divisione recedunt aut adeo licet singularia verum servaverunt. denique huius classis testis omnium antiquissimus Dicuil cuius generis codicem adhibuerit, quaeritur. propria bona vix ulla affert (vide infra 96, 11. 102, 2. 144, 7. 150, 2. 157, 10), unde ea quoque quae habet speciosa 137, 18. 138, 5. 11 visa sunt non satis fida esse; aliquoties, ut mittamus consensum eius cum *RCN* contra *H* (v. p. LXV ad 81, 2. 96, 12. 100, 13), verum habet cum *N* infra p. 97, 3; errat cum *N* 62, 11. 150, 4. 215, 4; cum classe tertia 62, 6. 92, 8. 99, 14. 121, 7. 214, 1, passim autem cum *H* 62, 10. 80, 14. 121, 13. 144, 7. 149, 19. 188, 3. 208, 2, unde fortasse licebit colligere codicem Dicuilianum similem fuisse eius, a quo pendent Anonymus Leidensis et liber Heidelbergensis. dicta haec illustrabuntur exemplis quae sequuntur. in archetypo classis primae quid fuerit propter accedentia testimonia classis secundae plerumque extra dubium est; nam ubi consentiunt ex huius ordinis libris *RCN* duo unusve cum classe altera, ibi consentaneum est eos archetypi lectionem servavisse.

subscriptio studio et diligentia domni (*in archetypo fuit* d. n. = domini nostri, *vide p. XLIV*) Theodosii invictissimi principis *ex libris non contaminatis habet solus Heidelbergensis.*

4, 18 sacrificolis daret] sacrificii lidaret *RN*, sacrificii litaret *CHS*
6, 12 hominem exivit] *H cum cl. II et Prisciano, sine dubio ex archetypo*, exuit *RCNS*
16, 6 pleniluniis] *NS*, pleni luminis *RH*, *inc. C*
17, 6 brevi cedunt] *CN*, breui recedunt *RH*
21, 6 solus] *R*, solum *CNHSA*
30, 7 nauis] *C*, nam uis *RNH*
34, 14 Messapiae datam] *cl. II*, messapiae atam *NS*, messapia ea tamen *RC*, messapiam eam tamen *H*
61, 10 Pelasgicon nominat] *N cum M et Plinio*, pelasgicon connominat *S*, pelasgi cognominat *RCH cum L*
62, 6 attollitur] extollitur *Dicuil cum F*
62, 10 a corruptelis] *RCNS*, ac corruptelis *H Dic. cum cl. II*
62, 11 deo] *RCH*, de eo *NS Dic.*
64, 19 occepit] *N*, accepit *RHSA*, cepit *C*
78, 5 quoquo eant] *cl. II*, quo eant *N*, coeant *C*, coeunt *RH*
80, 14 nam] *cl. II*, a *N*, quintum *H Dic.*, *om. RC*
83, 6 pupula] *RN*, pupilla *CH*
83, 16 hoc genus canes] *CN*, hoc genere canes *R*, horum generum canes *H*
92, 8 Apollonitarum] *RCNH cum LA*, apollinitarum *Dic. cum MSP*
96, 11 bovis feri] boues feris *RCNH*, bobus feri *Dic.*
97, 3 suffragines] *N Dic.*, suffragiones *RCH*
99, 14 non qualibet] qualibet *Dic. cum A*
102, 2 nullus dies] *Dic. cum cl. II*, dies nullus *RCN*H*
103, 2 mage] *R Leid.*, magnae *CN*[*H*]
104, 15 insulae] *C*, singulae *RNH*
121, 7 pronius] prom(p)tius *Dic. cum SAP*
121, 13 corocottae] cui corocottae *H Dic.*
125, 21 a loco] *C cum cl. II et Isidoro*, alio loco *RNHSA*
137, 18 a meridie] *libri cum Isidoro*, ad meridiem *Dicuil cum Plinio, fortasse inde emendans*
138, 5 Nilidem] *Dicuil cum cl. II et Plinio, fortasse ex hoc emendans*, nilum *RCN*H*
138, 11 specie] *RCN cum cl. II*, spenita *Leid.*, spetita [*H*], specu *Dicuil, vereor ne coniectura*
144, 7 inequitantes dorso] inequitantis (-tatis *RS*) dorso *RCNS*, in dorso equitantes *H*, equitantes in dorso *Dic.*
149, 19 colla] *RCN*, collo *H*, collum *Dic.*
150, 2 interscribitur] inscribitur *Dic.*, scribitur *RCNH*

150, 4 Panchaeam] pantheam *C*, rantcheam *R*, practheam *NDic.*, prantheam *H*

154, 8 circumsaeptus] circumsepsus *C*[*H*], circumsessus *RNLeid. cum cl. II*

157, 10 Tigri] *Dic. cum cl. II*, tigride *RCNHSA*

158, 8 fluxit] *N cum MSAP*, fluit *L*, profluxit *RCH*

168, 3 Lydiae Tmolus] *NSP*, lydia et tmolus *R*, lydia et amolus *C*, lidiae molus *H*

168, 15 nubilis] *N cum cl. II*, nubibus *RCH*

172, 11 et Rhesum] et ressum *CH*, egressum *RN*

179, 19 Oaxo] *RC*ᵇ*N*ᵇ*S*, oxo *C*ᵃ*N*ᵃ, axo *H*

185, 2 res publicas curant] *cl. II et Leid.*, rem publicam curant *N cum SAP*, res procurant *RC*[*H*]

185, 4 se dediderunt] se dedierunt *C*¹, sed diderunt *N*, se dederunt *RC*²**H*

186, 16 mores populorum dissonant] morum (horum *Leid.*) p. dissonat *CN Leid.*, mos p. dissonat [*H*], populorum dissonat (*om.* mores) *R*

187, 4 parentesque] parentes qui *N*, parentes *RC*H*

188, 3 indigi] indic(a)e *RN*, indigent *CHDic.*

188, 13 officiosior] *C cum cl. II*, oficior *N*, officio *RH*

198, 12 idque eo] *Leidensis cum SAP fortasse coniectura*, ideoque *RCN* [*H*] *et cl. II*

208, 2 uectitatique] *RCN*, uectatique *HSDic.*

214, 1 pauxilla] pauxillae *Dic. cum SA*

215, 5 cum monstra illa putredine] *C*, m. i. cum putredine *H*, cum m. i. cum putredine *NSDic.* (*deficit R*)

Lectiones geminatae.

Archetypum codicem, ex quo primi ordinis libri descendunt, habuisse glossas quasdam et dittographias efficitur ex indiciis non multis, sed certis.

81, 3 incorrupto] incorrupto *R*, incorrupto *CH cum cl. II*, inconsumpto *NDic.* (above incorrupto: inconsumpto)

100, 7 pecua] *cl. II et Priscianus*, pecua *Leid.*, pecua [*H*], pecora *Dic.*, pecunia *RCN* (above second pecua: pecora)

101, 8 sibi] *cl. II*, soli *R Leid.*, soli sibi *N*[*H*]*SA*, sibi soli *C*: *in archetypo fuit* sibi (above sibi: soli)

121, 15 orbium] *libri nostri omnes*, orbium oculorum *Dicuil*, vel oculorum orbium *Bernensis.*

Haec lectionum duplicitas in huiusce ordinis archetypo libro late fortasse patuit et differentiarum earum, quas codices sistunt intra fines ordinis primi, vel praecipua causa potest fuisse.

Codicum classis primae errores communes.

Quamquam libri *RCN*H* (vel *H*) *S* et Dicuil passim differunt, in universum lectio archetypi huius classis certa ratione efficitur consentientibus libris illis aut omnibus aut plerisque. dabimus igitur vitiorum huic ordini propriorum exempla praecipua. ceterum lectiones classis primae utrum verae sint an falsae, in ratiocinatione positum est; nam postea demonstrabitur testimonium classis secundae paris auctoritatis esse, tertiae autem incertum et fallax.

4, 15 Potitios] *L¹MP*, poetitios *RCNHSAL²*
6, 4 de Caeninensibus] *LM et fere P¹*, de caninensibus *RCNHSA*
9, 21 circuitum] *LMP*, circiter *RCNHSA*
13, 16 in se] *LMA*, inde *RCNHS*
17, 5 aegre parti] *LP*, aegre partus *M*, aegre pati *RCNHSA*
19, 20 naevos] *LMP¹ et H*, neruos *RCNS*
19, 22 obducto membrana oculo] *LMPA cum Plinio*, obducta membrana oculos *RCNHS*
25, 14 LXX] *LMP cum Plinio*, xl *RNHSA*, lx *C*
26, 5 hae sunt et in Sardinia] *RCNHSA*, *om. LMP*: *videntur insiticia*
29, 17 Cypria] *LMGP*, curia *RCNHSA*
32, 5 ibi] *MPN²*, ioui *NHSL*, iobe *RC*, ioue *GA*
34, 4 a Dorensibus] *LMGP*, aboriensibus *RCNHA et fere S*
36, 6 maris] *LMGAP*, *om. RCNHS*
39, 3 Aeetae] *LMGP*, *om. RCNHSA*
39, 10 Amunclas quas] *LMGAP*, *om. RCNHS*
45, 3 Aenariam] *LMGP*, lenariam *RCNHSA*
46, 4 Ichnusam] ΙΧΝΟΥϹϹΑΜ *LM similiterque GP cum Plinio*, ichnus *RCN*HS cum Isidoro*
46, 12 Iolaum] *LGP similiterque M*, iolaun creat *CN similiterque RHS*, ilaum cretensem *A*
51, 9 inpudice] *LMGP cum Prisciano*, pudice *RCN*HSA*
55, 11 scrupulus] *LMGP*, scopulus *RCHSA* (*def. N*)
56, 1 Scioessa] cioessa *LMP similiterque G*, cloessa *RCHA similiterque S* (*def. N*)

56, 3 est et Taenaron] *GP similiterque LM, om. RCNHSA*
64, 8 oppugnandum impetitum] *LMGP*, oppugnatum *RCNHSA*
83, 3 ora agentes] *LMGP*, ora gentes *RCNSA similiterque H*
90, 4 nationibus] *LMGP, om. RCNHSA*
90, 7 terga] *LMSAP*, terram *RCNH*
92, 9 citra] *LMGPSA cum Plinio*, circa *RCNH Dic.*
93, 5 ad Bactros] *LMGP cum Plinio*, a bactris *RCNHSA*
98, 2 nec difficulter] *LMGP*, nec indifficulter *RCNHSA*
104, 4 tagus flumen] *LMGPSA, om. RCNH*
109, 14 nihilo viliore] *LMGPSA*, nihil uiolare *RCNH Dic.*
114, 5 Amsiga] *SAP cum Isidoro*, amsica *LMG*, siga *RCNH*
125, 14 CCCC] *LMG cum Plinio*, ccc *RCNHSA*
126, 2 aestatis tempore] *LMGP²*, stato tempore *NP¹*, statuto tempore *RCHS similiterque A*
126, 18 media] *LMGSAP, om. NH*, reliqua vero *C explens hiatum coniectura, deficit R*
128, 18 Asbytae] *LMGPSA*, asbystae *RCNH*
132, 11 quaedam ex istis nationibus] *LMGPSA*, quaedam excitationibus *RCN*, quae aeaedem nationes *H*
138, 7 ac si] *LMA similiterque G, om. RCN*H Dic.*
138, 9 incrementa] *LMGP similiterque SA*, unde incrementa *RCN*H Dic.*
141, 3 torrentium] *LMGPSA, om. RCN*H*
141, 13 inter tertium decimum] *M*, in tertium decimum *SAP*, in tertio decimo *LG*, inter iii *RCNH*
149, 6 alii lentisco] *LMGPSA, om. RCNH*
152, 9 vel animi cura vel corporis] *LMGPSA*, uelamini (-mina *R*) cura corporis *RCN*, uelaminis cura corpori *H*
155, 4 artifici] *LMGP*, artificio *RCN*HSA*
157, 19 ulvas] *LMGPSA*, uias *RCNH Dic.*
159, 15 echites] *LMG similiterque P cum Plinio et Isidoro*, echidnes *RCNS similiterque HA*
161, 11 Amani] *LMGP*, amaniti *RCNHSA*
168, 10 amburit] *LMGP cum Plinio*, adurit *RCNHSA*
171, 17 fontibus] *LMGP*, pontibus *RCNHSA*
175, 13 lancinatus] *LMGPA similiterque S*, laceratus *RCN*H*
181, 15 egredi geniturae] *LMGPSA*, et redigentur (-getur *CN*) e *RCN*, et rei gestae e *H*
191, 16 et ignobiles] *L[L]QGP¹*, et plebeios *SAP², om. RCNH*
192, 12 arbos] *LQGS*, arbor *RCNH Dic.* *[L]AP*

195, 6 porraceo] [*L*]*QGP cum Plinio et Isidoro,* purpuraceo *RCNSA similiterque H*

201, 8 eus ea] *MQG similiterque* [*L*], ausea [*R*]*CNHSAP*

209, 1 *na*[*tionibus*] . . . 213, 2 [*mades*]*cunt* paenultimo videlicet archetypi folio amisso ita, ut ex duobus vocabulis mutilis effectum sit *nam cum*, intercepta sunt in libris *RCNH* et Dicuil quoque locum affert similiter hiantem.

CLASSIS SECVNDA.

Classis secunda, prima plenior tam in bonam partem quam in malam (nam immunis est a magno hiatu ad finem, sed pluribus locis adsunt loci maiores insiticii) aetate primam aequat, nam pertinet ad eam codex Solinianorum hodie antiquissimus Leidensis scriptus saeculo nono. a nobis eius ordinis adhibiti sunt libri hi:

L = Leidensis Vossianus Q. 37 saec. IX deficiens p. 194, 15.

[*L*] = eidem libro adiunctum supplementum saec. XIII incipiens p. 191, 15.

M = Parisinus 7230 saec. X, a p. 174, 12 inde passim corruptus.

Q = Parisinus 7230 A saec. X inde a p. 174, 12 adhibitus ad explendum eum qui praecedit.

G = Guelferbytanus saec. X incipiens principio amisso p. 28, 22.

B = Basileensis saec. XIV non perpetuo collatus, sed adhibitus ubi utile visum est.

P = Parisinus 6810 saec. X. librarius adhibuit codices tres, ut ostendit subscriptio (supra p. XLIV et infra p. LXXX), unum classis primae cum subscriptione Theodosiana, alterum classis secundae, tertium classis tertiae interpolatae et neglecto primo aliorum duorum lectiones ubi variarent plerumque utramque recepit, modo alteram in textum admittens (P^1), alteram superscribens vel adscribens (P^2), modo utramque iuxta ponens, unde efficitur variam lectionem hanc non ab emendatore proficisci, sed ab ipso librario vel adeo a librario archetypi, lectionum autem tam receptarum quam adscriptarum auctoritatem parem esse et utra classis utram lectionem suppeditarit ex collocatione non posse colligi. — Eidem libro soli ex melioribus nostris adhaeret Ponticon fragmentum errore Solino tributum (p. 233—235).

L errores proprii.

6, 16 tricesima] *M cum cl. I,* xlma *LBP*
9, 1 sexagesimo] *M cum cl. I,* lxx *LBP*

11, 8 C. Caesar] *cl. I*, concaesar *M*, caesar *LB*^{1}
20, 19 tardatae] *cl. I plerique*, tardante *MQ*, tarditate *LB*
27, 8 XC] *M cum melioribus cl. I et Plinio,* triginta *LB cum H*
31, 14 nobilia] nouilia *M*, noualia *LG*
32, 5 ibi] *MN*^{2}*P*, ioui *L cum HNS*, ioue (*vel* iobe) *GB cum RCA*
41, 4 dicitur] *M cum RCNSA,* graece dicitur *LGP*
54, 3 odorem haemachates] *MG*, odorem achates *L cum reliquis*
56, 5 delphine eo] delphineo *M*, delphino *LGP*
70, 18 pactye] *cl. I*, pactusae *MG*, pactume *B*, ae *L*
75, 15 Euboea tam] *cl. I*, eubiata *M*, euboea (*om.* tam) *LG*
84, 9 sustentare conatus] *MG et reliqui, om. L*
111, 7 perspersi] *cl. I*, perpersi *M*, expersi *LP*^{a}, expres(s)i *GP*^{b}
122, 10 utrimque secus] *cl. I*, utrique secus *M*, uterque sexus *LGP*
127, 5 Apellis] *ML*^{2}*P*^{2} *fortasse ex coniectura*, apollinis *L*^{1}*GP*^{1} *cum cl. I*
127, 6 cornum] *M cum SAP*, cornu *cl. I*, quorum *LG*
134, 8 Nigrim] *cl. I*, nigri in *M*, tigrim *LG*
138, 14 Astapum] *M cum cl. I*, astapunici *L*, astacponi *G*, astapuni *P*^{1}
141, 13 inter tertium decimum] *M*, in tertio decimo *LG*
147, 1 Indique] *M cum cl. I*, undique *LGP*^{1} *cum H*
147, 6 Spurii filio] *M*^{1} *cum SA*, spurio spurii filio *LGP*^{1}*M*^{2}

M errores proprii.

2, 4 de arboribus] de arb. et de laudibus (*voluit* lapidibus, *ut est in cl. III*) *MQ*
45, 6 retractanti] *cl. I*, etractanti *LP,* retractandi *MG*
57, 7 pugna hic Pane] pugnae hic plane *libri reliqui*, pugnae spaniae *M*
64, 10 usquam] *L cum cl. I,* ipsa *MGB*
70, 9 area Terei] *libri fere reliqui*, mareaticum *M*
74, 3 inuehatur] *reliqui*, inueniatur *M cum *H*
81, 14 non guttis . . . liniantur] *L et reliqui, om. MG*
89, 14 delibutique] *L similiterque G cum cl. I,* dilibus utique *M*
102, 1 *interpolationes de insulis Hibernicis habent et M et LGQ*^{1}*P*^{2}*, sed diverse (v. p. LXXXVII)*
107, 11 regente] *LG cum cl. I,* regi mente *M cum SAP*
111, 4 sunt monent] *LGP*, sunt monet *cl. I*, summonent *M*

186, 5 at hi] anthi *MQ*
212, 5 [non] miror] miror [*L*]*QGB*²*P*¹, minor reor *M*, minor *B*¹, *deficit cl. I*

*GQP*¹ errores proprii.

29, 21 honoratus est] honorauit *G solus corrigens*
33, 1 faliscam a falerio argivo] *LM*, *om. GP*¹*Q*
88, 1 viridi] viridique *GB*
123, 7 si sibilant] *GB coniectura puto*, si bibant *reliqui*
144, 17 resimo] *LMP*¹ *cum reliquis*, resupino *GBP*²
174, 13 nulla] aliqua nulla *Q*
206, 2 huius] *LM cum reliquis*, huius conuersum *GP*, huius circumuersum *B*

Discedunt igitur secundae quoque classis codices in duas stirpes, quarum alteram repraesentat *M*, alteram *L*, codices reliqui adhibiti modo cum hac, modo cum illa faciunt, proprium quod item bonum sit vix praebent. Basileensis non solum multis erroribus sibi propriis inquinatus est, quos sprevi omnes, sed etiam contaminatus adhibito exemplo interpolato (v. ad 10, 15. 16. 26, 8. 37, 1). in dissensu stirpium duarum pariter atque in classe prima rem dirimit fere classis altera, comprobans lectionem alteram utram; quamquam fieri potest in erroribus minoribus, ut contrarium eveniat, ut 94, 5 verum *statum* servunt soli libri *LG*, reliqui classis secundae cum prima errore scribunt *statutum*.

Lectiones geminatae.

Huius quoque classis archetypum quibusdam locis geminas lectiones glossasve habuisse ex infra scriptis exemplis efficitur, quamquam quaedam eorum fieri potest ut non ad ipsum archetypum ascendant.

12, 21 hominum] *cl. I*, materna *A*, hominum materna *LMBP*
56, 13 stoicus] *L et reliqui*, sophicus *MP*², uel sophicus stoicus *G*
76, 11 de Sporadibus] *M et sic fere G*, de stporadibus *L*¹, de strop(h)adibus *L*²*P*²
103, 14 in minium] *cl. I*, inminiunt *M*, in minium inminiunt (inminuunt *L*) *LG cum H*
124, 1 extraque] *cl. I*, sectraque *M*, secta extraque *LGP*²
147, 11 uadis] undis uadis *LMGP*
176, 17 fellitanda] uellitanda fellitanda *Q*
178, 5 prouentus] fructus prouentus *Q*
178, 15 labes] luues *M*, labes liuies *Q*
185, 15 Malleus] malleus aliaeus *MQ*

Codicum classis secundae errores communes.

Emblemata maiora vel certe loci de interpolatione suspecti classi secundae inserti sunt hi compositi p. 216—221 communes omnes cum classe tertia, ubi de iis tractabimus (vide p. LXXXVII. XCI):

6, 14 = 217, 24 [Numa] sepultus sub Ianiculo
16, 1 = 217, 25 *de corde et spina*
49, 17 = 218, 5 *de Aetna*
100, 13 = 218, 29 *locus alter de incolis Hiberniae* (*prior non est nisi in classe tertia*)
102, 1 = 219, 1 (*hic non est nisi in M et abest item a classe tertia*) *et* 3 *de Thyle Ebudibus Orcadibus*
[147, 5 *de Alexandrea condita magis crediderim esse Solini neque ex tertiae classis libro aliquo in secundam venisse*]

Graecae originis vocabula in huiusce classis libris aliquoties scribuntur litteris Graecis ita, ut terminationes Latinae ipsaque vocabulorum forma ostendant proficisci id non ab auctore, sed ab inscita librarii doctrina, ut 45, 11 KATOXEITEN *LMGP* — 46, 4 IXNOYCCAM *LM* similiterque *GP*.

Errores qui iam enumerantur non omnes orti sunt ex mero librarii errore, sed insunt in iis interpolationes non paucae non sine aliquo artificio factae adeoque non sine doctrina; certe ad augendos locos 28, 14. 190, 4. 7 Plinius videtur adsumptus esse.

3, 12 proprium Romae nomen, verum tamen vetitum publicari] *RCNHSA similiterque* P^1, proprium Romae nomen et verum magis, quod numquam in vulgum venit, sed uetitum publicari $LMBP^2$, *quae interpolatio pendere videtur a vocabulo* verum *male intellecto*
5, 23 ante tertiam] $RCNSAP^1$, ante tertiam plenam $LMBP^2$
6, 10 quam] $RCHSAP^1$ *cum Prisciano*, postquam $LMBP^2$
20, 15 e faece] *RCNHSA similiterque A*, effigie *LMBP*
20, 18 Surae] *RCNHSA cum Plinio*, syriae *LMBP*
26, 2 a ceteris cerni] *RCNHSA cum Plinio*, a ceteris secerni *LMBP*
28, 14 Cato . . . simultatibus adpetitus] *RCNHSAP*, *addunt* semper absolutus *LM* (*hic fortasse m. 2*) *GP adhibito Plinio*
31, 15 spiritu vaporatum] *RCNHSA*, spiritu uaporantem *LMGP*
32, 11 Coram a Dardano] $RCNHSAL^2P^2$ *cum Capella*, coram a dardanis L^1MGP^1
40, 9 abicit] *RCNHSA cum Plinio*, amittit *LMGP*
48, 16 aqua] *RCN*HAP similiterque S*, ex qua *LMG*

49, 4 semper] *RCN*HSA, om. LMGP*
52, 13 ibi et fontes duo] *RCNHSAP cum Isidoro: exciderunt LMG ideoque quae sequuntur* alter . . . alter *in iisdem libris itemque in AP mutata sunt in* alterum . . . alterum
67, 1 et parere] *RCNHAP similiterque S cum Prisciano, om. LMG*
69, 2 aroteres] *RCNHS cum Plinio,* aratores *LMGPA*
69, 14 criu metopon cum contra] *RCNH similiterque S,* criu metapon cum contra *AP,* criu metapontum contra *LMG*
72, 10 prima potuit] *RCNHSA cum Isidoro,* prima mari potuit *LMGP*
79, 8 pastus est] *RCNHSAP, om. LMG*
88, 15 fabulae erant Hyperborei] *RCNHSA,* fabula erat de hyperboreis *LMGP*
91, 1 de fetu universo] *RCNHSA,* defectu uniuersae uiae *LMGP*
118, 1 ipsa suo cingitur angio] *RCNHSA, om. LMGBP*
128, 19 edule] sedule *similiterve RCNHSA,* dulce *LMGP*
129, 5 brumales] *RCNHSA,* brumali *LMGP*
176, 16 caricis] *RCNHSAP*[2] *cum Plinio,* cicatricis *LQGP*[1] (*def. M*)
183, 10 ad eoum] *RCN* (*interpolat H*), ad eo *LMQGPSA*
190, 4 modulus fistularum] *RCNHSA,* modulus fistularum tubarumque concinentum *LQGP ex Plinianis*
190, 7 unicornes] *RCNHSA,* unicornes et tricornes *LQGP ex Plinianis*
219, 19 vacant homine non habent] *cl. III,* uocant omnes (*om.* non habent) *LM*

Non paucis locis dissensus classium duarum primae et secundae ita comparatus est, ut aut utraque lectio corrupta sit aut utraque aeque admitti possit itaque utram sequamur ambiguum sit; nec multum in hisce locis proficimus ex classe tertia, quamquam infra videbimus aliquid momenti inesse in consensu libri *P* cum classe prima et librorum *SA* cum classe secunda. id ubi non evenit et contraria suppeditant ab una parte *RCNHSA*, ab altera *LMQGBP* (vel *P*[1] vel *P*[2]), utriusque lectionis auctoritas par est et per libros electio libera. sed numerus eorum locorum, ubi ad arbitrium res redit, qui permagnus fuit in editione priore, iam insigniter imminutus est, postquam, quod evenire posse dixi in praefatione editionis prioris (p. XXXV), errorum et interpolationum non exiguam partem sublatum iri inventis codicibus familiae primae antiquioribus et melioribus, iam evenit. scilicet postquam in unius libri *H* locum successerunt tres optimi *RCN*, praeterea ad *LG* classis secundae accessit codex *M*, multis locis, ubi classes duae antea discrepabant, iam concordant. dissensus classium, quatenus adhuc superest, aliquot exempla subieci.

33, 10 Ligea] P^2 *coniectura*, lincea *LMGP*, liger *RCNHSA*
39, 13 chersydris] *CNHSA et fere R*, chelydris *LMGP*
48, 18 ingurgitaverit] *RCN*HSAP²*, gurgiti intimaverit *LMGP¹*
48, 19 perditum vadit] *scripsi*, in perditum uadit *RCN*HSA*, perditum it *LG*, it perditum *MP*
58, 4 Isthmon] *AP*, isthemon *LMG*, stenon *RCNS et sic fere H*
59, 16 aperti forent] *scripsi usus AP² interpolatis*, reperti forent *RCNHS*, aperta foret (*praecedit* ungula) *LMGP¹*
129, 7 caelesti] *H coniectura puto*, a caelesti *RCNSA*, et caelesti *LMGP²*, caelestium *P¹*
132, 9 modicoque tantum] *RCNSA similiterque HP¹*, modico quoque *LMGP²*

CLASSIS TERTIA

Tertius codicum ordo sive, ut in ipsis appellatur, liber *ab ipso auctore editus ac recognitus* testimoniorum aetate aequat primum et secundum, scilicet testatum eum habemus inde a saeculo nono. praeter librum Leidensem eius aetatis, in quem quamquam secundi ordinis est, quaedam tertii emblemata inlata esse vidimus, apud Walahfridum Strabonem in vita sancti Galli dedicata abbati Gosperto, qui officium deposuit a. 837 (MG. SS. 2, 67), leguntur loci duo ex Solino excerpti p. 99, 5 *ex isto* .... 9 *circumfluae* et 100, 6 *ita pabulosa* .... 8 *avis rara* plane ita ut exhibentur in huius classis libro Angelomontano. — Huiusce classis extitisse aliquando codicem archetypum habentem omnia ei vere propria tam bona quam mala et ex aliis argumentis colligitur et enuntiat disertis verbis recogniti operis praefatio, ait enim quisquis eam scripsit *exemplaribus corruptis quae damnata sint quasi probata circumferri* iamque *scabrae adhuc informitatis proditionem editione vera extingui.* attamen recognitae editionis archetypum qui simpliciter repraesentet, nullus est inter codices, a quibus in hac classe pendemus. sunt autem libri quos adhibuimus hi.

S = Sangallensis codex classis primae, ut supra p. LX vidimus, in parte prima fere ad p. 74 a lectionibus classis tertiae abstinens, sed habens in ipso principio praefationes duas itemque locum de Olympo p. 62, 4 ex Thessalia in Macedoniam translatum.

A = Angelomontanus item codex classis primae (v. p. LX), sed scriptor vir diligens et acutus per totum librum recensionem interpolatam una cum altera adhibuit et quibusdam locis quae in Sangallensi leguntur informia ita, ut fuerunt in archetypo, ex ingenio reformavit, id quod ostendunt exempla infra p. LXXXI adlata.

F = Florentinus Laurentianus sanctae crucis plut. 20 sin. n. 2 praeter locos speciminis causa collatos non adhibitus est nisi ubi foliis exsectis Angelomontanus deficit p. 60, 20—63, 2 et p. 163, 10—166, 5 ad hiatum explendum.

P = Parisinum 6810 qui scripsit, quamquam in tribus, quibus eum usum esse vidimus (p. LXXIII), exemplis unum fuit classis primae Theodosianae, inde lectiones adnotavit raro admodum (cf. 142, 19 *memphis PH*); e contrario duo alia classis secundae alterum, alterum huius per totum librum accurate persecutus est et ita a modo dictis libris differt, quod interpolatam recensionem exhibent *SA* contaminatam cum classe prima, *P* cum classe secunda. ita ad caput de cinnamo, quod libri non interpolati in Aethiopia habent, interpolati et in Aethiopia et in Arabia, hoc loco adnotavit: *hoc totum de cinnamo et hic* [*et* excidit] *in superioribus codex vetustus verae fidei continebat.* hoc supra p. LXXIII iam adnotatum est classis tertiae lectiones modo in textu reperiri, modo ad textum adscriptas itaque parem esse auctoritatem notarum P^1 et P^2.

Ad hos libros ad interpolata exempla exaratos accedunt emendationes ad libros nostros classis primae secundaeve adscriptae adhibito exemplari simili interpolato. eae cum propriam auctoritatem nullam habeant neque apparatum utiliter augeant, hic illic tantum adlegatae sunt.

C^2 = pauca habens huius indolis: vide supra p. XL.

N^2 = frequentius eius generis lectiones affert maxime in parte prima; postea rarescunt.

L^2 = codicem qui saec. c. X emendavit adnotat ad caput de cinnamo repetitum id ipsum fere quod modo ex *P* attulimus: *quamquam in sexto sursum versus folio facile repetam eadem paene de cinnamo reperiri, tamen quia et superiore et hoc loco in veteris libri textu continebantur et ubi potissimum ab auctore sint posita dubitatur, non sum gravatus hic ea etiam iterare.* item caput de monte Olympo p. 62, 4 idem corrector collocari iubet ibi ubi habent interpolati *fidem vetusti codicis anteponens.* etiam in lectionibus longe plerisque L^2 consentit cum nostro *P*, iis quoque quae praeter hos duos libros vix comparent (vide infra p. LXXXIV et 127, 5). denique ut supra vidimus codicis *P* librario praeter duo exemplaria ordinis secundi et tertii copiam item fuisse tertii stirpis Heidelbergensis, ita L^2 lectiones quasdam adnotavit inde ductas, exempli gratia p. 21, 8 *pretiosos* — p. 24, 6 *coit* — p. 27, 7 *enituit* (*re* supra lineam). itaque emendator Leidensis libri et scriptor Parisini eiusdem scholae fuerunt.

Q^2 = adnotator, qui ad medium fere librum tantummodo pervenit, id ipsum egit quod L^2, collato codice, qualis est *P*, nam ad 2, 12, ubi *universas* omittit *P* solus ex nostris, adnotat: *antiquus uniuersas non habuit;* item ad 2, 14, ubi *nam* cum *RCNHSA* omittit P^1: *antiquus nam non habuit.* item addit 47, 12 *aut molliunt* cum *P* et 101, 7 ad *aestuario* adscribit *euripo* cum P^2. at aliis locis habet quae absunt a *P*, ut 2, 19 *quamlibet* cum AN^2; 3, 16 *destinatum* cum N^2.

Archetypi recensionis eius, de qua agimus, exemplum, ut supra diximus, non extat; praesto sunt exemplaria classis primae alia, alia classis secundae ad archetypum illud passim emendata. itaque cum in hac classe pendeamus a codicibus varie contaminatis, archetypi illius lectiones neque plenas neque satis certo traditas habemus. omnino ubi codices *SA* ordinis primi et *P* (vel P^1 vel P^2) secundi similiter a sua classe recedunt, ibi dubium non est tenere nos eam et testimoniis hisce *SAP* haec classis praesertim nititur. idem fere obtinet ibi, ubi duo ex tribus illis similiter consentiunt. in hoc consensu tenendum est Angelomontani librarium non raro ex ingenio emendare tradita fideliter in *SP*:

46, 12 estiolaun creat *S cum ceteris cl. I,* et stilaum cretensem *A*

183, 11 etesias patitur] *N*H cum cl. II*, et aestas patitur *RC*, etesias potitur auras *P*, et aestas potitur auras *S*, et aestatis potitur auris *A*. *ex sua uterque classe retinuit* etesias *P,* et aestas *S*; *ex archetypo interpolato dederunt* potitur auras *SP*, *lectionem ita effectam perversam emendare temptavit A*

195, 16 antequam temeritas h. e. p. m. fidem panderet] antequam temeritas h. e. p. m. fides panderetur *SP retento vocabulo* temeritas, *quod interpolator videtur delere voluisse;* antequam temeritate h. e. p. m. fides panderetur *A*

217, 10 probata circumferunt *P*, probata et reum ferant *S*, probata et referant *A*

At singulari testimonio quae traduntur quaeritur utrum sint eiusdem originis an mutationibus temerariis et inutilibus adnumeranda, quales passim in omnis generis codicibus inveniuntur. quam ob rem in tertiae classis indole exploranda ab his abstinebimus.

Quod si recte statuimus libros *SAP* originem traxisse ex contaminatione, eius vestigia necesse est deprehendantur in lectionibus duplicatis. neque desunt dittographiae ita comparatae, ut cum altera lectio sit classis primae in *SA*, secundae in *P*, altera recte referatur ad archetypum interpolatum. exempla quaedam subieci ex multis selecta.

17, 17 M'. Curius] m. curio *P cum cl. II*, maximus curio *S cum N*, maximus marcus curio *A*

26, 6 L. Sicinium] *P cum cl. II*, quinquaginta sicinium *S cum N*, quinquaginta lucium sicinium *A*

44, 1 C. Marius] c. gaius marius *A*

47, 5 intereant facie ridentium] uelut facie ridentium (ridentum f. *A*) intereant *SA*, intereant facie ridentium uelut r. f. intereant (*in textu*) *P*

55, 14 memoriae bonum perimit] *S cum reliquis*, memoriae bonum interficit *A*, memoriam interficit bonum perimit *P*

55, 15 nec alter alius] tercius nemo *A*, nec alter alius tertius nemo *P*, *om. S cum N*

62, 16 Meliboea in hoc pede conputatur] *S cum reliquis*, meliboea istic habetur FN^2 (*deficit A*), meliboea in hoc pede computatur melibia istic habetur *P*

67, 12 insiliunt defunctorum rogos coniugum] *S cum reliquis*, defunctorum insiliunt maritorum rogos *A*, insiliunt defunctorum insiliunt maritorum rogos coniugum *P*

80, 15 ac deinde spilonstoma] *SA suo loco cum reliquis*, ac deinde
vel stenon
stenostoma *loco alieno post* calonstoma *ins. SA*, ac deinde stoma (*ubi errore excidit* spilon) *suo loco P*

97, 15 unde sit gignitum] *reliqui*, unde profluit *P*, unde gignitum profluit *SA*

99, 5 quoquo orbis] P^1 *cum reliquis*, quaqua parte P^2, quaqua parte orbe (orbis *Walafridus*) *SA*

104, 17 Dianio] *cl. I*, diano *cl. II*, chanio *P*, chiano *A*, diano achanio *S*

109, 7 Autolorum] auctolorum P^1 *cum reliquis*, rutulorum SAP^2

133, 16 albis maculis superspersa] P^1 *cum reliquis*, stellatam candidis maculis P^2, stellatam candidis maculis supersparse (-sam *A*) *SA*

136, 14 a Canopo Menelai gubernatore sepulto in ea insula quae ostium Nili facit] a canopo m. g. ibi sepulto *SA*, a canopo m. g. ibi sepulto in ea insula q. o. n. facit *P*

161, 16 Choaspi] P^1 *cum reliquis*, hydaspi P^2, hycodaspi *S*, cheoydaspi
hyd
A ex choaspi: *duobus aliis locis* 158, 3, 161, 16 (*loco posteriore*), *ubi boni libri habent* choasp-, hydasp- *substituunt SAP*

163, 12 profusa] prorsus *SF* (*deficit A*), profusa prorsus *P*

187, 15 Nulo] *P cum cl. II*, nilo *A cum cl. I*, nilo nullo *S*

192, 15 = 221, 1 *locus de pipere in duabus recensionibus magnopere differens quibus dittographiis exhibeatur in utraque, locis citatis indicatur*

193, 5 suauitate] P^1 *cum reliquis*, gratia P^2, suauitate grata *SA*

Iam exposita huius ordinis lectionum origine et indole videamus, quid inde ad Soliniani libri crisin utilitatis redundet et ita quidem, ut primum tractetur de lectionibus libris *SAP* communibus cum classe aut prima aut secunda, deinde de lectionibus illis libris propriis.

Classes duae prima et secunda ubi differunt, apparet consensum librorum *SA* cum classe prima et maxime cum stirpe eorum *NH* his auctoritatem nullam adicere, nec magis libri *P* consensum cum classe secunda in censum venire; sunt enim ii ex ipsa ea familia stirpeve propagati. at e contrario ubi consentit *SA* eorumve alter cum *RC* contra *NH:*

27, 8 XC] *A cum RC*, xxxx *S cum N*

119, 11 obtestata] *A similiterque* (obfestata) *S cum R*, obtesta *N*, obtecta *C*, obiecta *N*

vel cum classa secunda contra primam:

2, 4 et lapidibus *ins. AP fere cum M contra cl. I et plerasque cl. II*

13, 16 in se] *A cum cl. II*, inde *cl. I et S*

19, 22 obducto membrana oculo] *A cum cl. II*, obducta m. oculos *cl. I et S*

36, 4 Herophilen] *sic fere* AP^2 *cum M contra cl. I et plerosque cl. II*

69, 2 Aroteres] *S cum cl. I*, aratores *A cum cl. II: quamquam hoc potest venire ex coniectura*

72, 11 uinxit] iunxit *A cum plerisque cl. II*

80, 5 adultior] *SA cum cl. II*, adulto *cl. I*

86, 16 ad venas *S cum cl. II (quod probare debui)*, advenis *cl. I et A*

89, 19 mox intra] *SA cum cl. II*, intra *cl. I*

114, 4 Amsiga] *SA cum cl. II et Isidoro*, siga *cl. I*

155, 10 speciem] *RN*H cum* M^1, specimen *SA cum C et plerisque cl. II*

186, 3 torrentur calore] *S et fere A cum cl. II*, torrentes habent calores *cl. I*

187, 22 monocolos] monoculos *SA cum cl. II, facili errore*

188, 11 homine decesserit] *SA cum cl. II*, decesserit *cl. I*

item ubi consentit *P* cum classe prima:

130, 6 praeterea] *P cum cl. I*, propterea *cl. II*

187, 22 monocolos] *P cum classe prima*, monoculos *cl. II*

ibi, demptis scilicet locis iis, ubi eiusmodi consensus casu effici potuit (ut sunt in secundo ordine 69, 2. 155, 10. 187, 22; cf. item 107, 11)

verisimile est lectionem eam, in qua quis a sua familia discrepet, sumptam esse ex recensione interpolata et ita huius auctoritatem accedere ad familiam alteram. neque enim ullum locum offendi, qui iustam suspicionem moveret praevaricationis librorum *SA* cum classe secunda et admodum raro *P* conspirat cum classe prima (v. p. LXXX). ad hanc igitur legem quantum fieri potuit textum recensui.

In propriis librorum *SAP* lectionibus omnium primum cavendum est a coniecturis non ex archetypo petitis, sed librariorum posteriorum. eae apud Sangallensem non offenduntur, rarae sunt in Angelomontano, abundant in Parisino, in universum autem facile distinguuntur a lectionibus traditis vel eo quod plerumque solitariae sunt aut in *A* aut in *P* solo repertae. nihilo minus utile visum est potiores hoc loco componere. et ex *A* quidem enotavi has.

18, 1 quibus] *A*, et quibus *reliqui*
18, 6 zoroastrem] *AN*[2], zoroastrem socrates (*vel*-tem) *reliqui*
20, 16. 17 putaverunt] *semel AP*, *bis reliqui*
35, 3 a nutrice Caietam] *A*, a nutrice caieta caietam *reliqui*
73, 8 Adymnum colunt] *A*, adymnum colunt adymnum *reliqui*

Multo maiore numero reperiuntur in *P* accedentibus emendationibus ex eadem schola profectis *Q*[2]*L*[2]*N*[2], suntque inter eas ut bonae complures, ita etiam quaedam non sine doctrina effectae, certe Plinianis aliquoties cum Solini locis comparatis.

19, 14 alectoria usus] *P*[1] *adsumpto Plinio,* alectorio usus *Q*[2], alectorius *reliqui*, *etiam rubricae.*
25, 13 Fonteio] *N*[2]*M*[b] *ex Plinio*, pompeio *reliqui*
34, 10 Metapontum] hypontum (*voluit* Hipponium) *P*[2]
35, 2 Leucosiam] *P*[2]*N*[2], leucotiam *similiterve reliqui*
51, 17 Aetna] henna *PL*[2]
60, 2 Leleges] *PN*[2]*L*[2] *cum H ex Plinio*, leges *reliqui*
63, 5 Thessaliae (*vel* Thessali) Epirotae] thessali et epirotae *P*
73, 4 dulcem] ducem *P*
86, 5 Gesclithron] gesolithron *P fere cum Plinianis libris*, gens clitheron *similiterve libri reliqui*
100, 4 manifestat ara] *PL*[2]*Q*[2], manifestatura *reliqui*
101, 2 Dumnoni] dum non *plerique*, dudum non *P*
107, 20 progressos] *P*, progressus *reliqui*
132, 17 parva] nulla *P*[1]
138, 15 inde gentes] indigenae *P*[1]
143, 17 populatisque vitalibus] populatusque uitalia *P*
154, 12 successit Hierichus] successit macherus *P*[2] *ex Plinio* 5, 72

172, 6 pugnatam malam pugnam] *P*, pugnam tam malam pugnam *reliqui*
189, 12 cum] quocum *P*
193, 11 materiae] *P*, materia *reliqui*.
194, 14 omne] *P*, omnem *reliqui*

Missis his restant loci non ita pauci ita comparati, ut et redeant ad librorum *SAP* archetypum commune et textum, quem proponunt classes duae prima et secunda, recte emendent.

7, 12 Eleus] *AP*, filius *R*, filius eius *reliqui*
18, 7 at] *AP*, aulus *cl. I*, *om. cl. II*
26, 10 spolia] *SAP*, et spolia *reliqui*
58, 4 Isthmon] *AP*, isthemon *cl. II*, stenon *cl. I*
59, 11 apud Thebas] *APL*², apud thebas isdem thebis *plerique*
68, 5 Moesi Getae] *AP cum Plinio et Isidoro*, moesiagetae *fere cl. I. II*
72, 9 Crates] *AP*², cretes *reliqui*
72, 17 Ida est] *AP*, id est *reliqui*
78, 10 ferme] *SAP cum Plinio*, *om. reliqui*
92, 9 Marcus] *SA cum Plinio*, *om. reliqui*
92, 18 dulce] duce *cl. I et II*, dulce haustu *SAP*²
101, 6 Tanatus] tanatis *SAP cum indice libri M*, tanus *vel* canus *cl. I et II*
104, 16 Fortunatae] *SAP cum Plinio*, fortunae *reliqui*
113, 14 septuagesimo] *SAP cum Plinio*, *om. reliqui*
115, 13 Marco *SAP cum M*, *om. reliqui*
119, 13 edunt] *SAP*¹, educant *reliqui*
120, 14 dilancinatas] *P cum Aldhelmo*, dilaniatas *cl. I*, lancinatas *cl. II*
130, 8 Nigri] *AP cum M*, tigri *cl. I* (*RCNHS*) *et ex cl. II LG*
131, 2 quidnam imperitet] *SA*, quiddam imperite *reliqui*
133, 12 sopitis] *scripsi cum Plinio*, obsopitis *SAP*, obsitis *cl. I et II*
134, 15 bisulco] *SA cum Plinio*, hiulco *cl. II*, ibico *similiterve cl. I*
136, 18 diris . . . diris] *SA*, diri . . . diris *cl. I*, diri . . . diri *cl. II*
138, 7 unde] *SAP*, undique *cl. I et II*
138, 11 ampliore] *scripsi*, ampliori *SA cum Plinio*, amplior *cl. II*, ampliora *cl. I*
149, 13 codex] *SA cum M et Plinio*, cortex *cl. I et II* (*LGP*)
159, 11 subnexus . . . abortivae] *SAP cum Plinio et Prisciano*, *om. cl. I* (*RCNH*) *et II* (*LMG*)
159, 12 furuus] *SAP*² *cum Plinio*, fuluus *cl. I et II*
174, 1 Neocaesaream] *SAP*, in eo caesaream *cl. I et II*

176, 16 furuo] *SAP*², fuluo *cl. I et II*
177, 4 Arbelitis] *SAP cum Plinio*, abelitis *cl. I et II*
182, 5 feris spatia obsita] *sic legit interpolator mutans ita*: spatia saevissimis bestiis efferata (*SAP*), feri spatio obsita *reliqui*
183, 3 Attacenus] *SAP cum Capella*, attanus *cl. I. II*
185, 8 equitum quattuor milia] *SAC*²*N*² *cum Plinio*, equitum quinquaginta quattuor milia *cl. I et II*
196, 1 Antichthones] *sic ad Plinium*, antihones *SAP*², eachites *cl. I* (*RCN Dic.*), easchites *cl. II* (*QGP*¹)
202, 3 Carmaniae] *AP et fere S*, germaniae *fere reliqui*
204, 7 Babytae] *S solus recte, nisi error subest,* barbytae *reliqui, etiam AP et Capella*

Hi loci etsi de uno alterove dubitari poterit, num coniectura sit emendatus, omnes coniuncti extra dubium ponunt tertii ordinis archetypum non solum non pendere ab archetypis primi vel secundi, sed e contrario haec duo redire ad archetypum commune eique archetypum tertii ordinis ita aequandum esse, ut ubi reliqui libri omnes eodem errore errant, ibi ex illo propagati verum servarint.

At iidem tertii ordinis libri per exceptionem tantum ante recensitos vincunt, plerumque e contrario a genuina libelli forma recedunt verbis mutatis, locis transpositis, additamentis insertis. de his iam videamus.

Locutiones locutionibus qua ratione substituerit editor secundus quamquam iam declarant huius recensionis dittographiae supra (p. LXXXII) compositae, ponemus hoc loco recensum mutationum earum quas subiit breve caput vicesimum nonum, unde item deprehendetur, quomodo in his tres libri *SAP* concordent vel discrepent.

129, 2 inaestuet] *cl. I. II cum P,* aestuet *SA*
3 tam brevi curriculo] *cl. I. II cum P*², in articulo temporis *SAP*¹
4 dissonam] *cl. I. II,* dissonam sui *SAP*
8 contrauersa] controuersa *SAP cum C*
9 incalescere] *cl. I. II cum AP*¹, excandescere *SP*²
10 incanduerit] *cl. I,* incanduerunt *cl. II cum P*², incaluit *SA,* inclaruit *P*¹ *errore*
11 hiemales] *cl. I. II cum P,* glaciales *SA*
12 ut hauriri etiam a sitientibus non queat] *cl. I et II cum P*², ut hauriri a sitientibus nequeat *SA,* ut fluorem suum prohibeat hauriri *P*¹
13 calet] *cl. I. II,* calescit *SAP*
16 iter infame siti] infame siti iter *SA*
18 dissoluta est] *cl. I. II cum P,* interiit *SA*

130, 3 pastus] pastum *SAP*

4 prona ad humum cornua] *cl. I. II*, prona in (ad *P*) humum cornua et obnixa *SAP*

Mutatio haec interdum etiam ad res pervenit, ut supra p. LXXXII vidimus ex Choaspi tribus locis factum esse Hydaspen, item p. 85, 16 pro traditis *quibus originem Medi dederunt* libri *SAP*² substituunt *qui originem Medis dederunt.* plerumque tamen qui libellum ita recensuit, continuit se in substitutione verborum locutionumve similium raro amplificans, etiam rarius brevians, ut p. 136, 14 in loco p. LXXXII adlato de Canopo. illius autem mutationis per totum libellum quaevis pagina offert exempla complura.

Transposuit qui libellum recognovit locum de monte Olympo p. 62, 4 *nam Olympum* . . . 11 *consecratum* adiectis verbis p. 218, 13 *litterae in cinere scriptae* . . . . . *cerimoniam permanent* ex capite de Thessalia in caput de Macedonia post p. 64, 18 *litorali.* nam consentiunt in ea collocatione tam primae classis libri *SA* (vel hoc deficiente *F*) quam secundae *P* (ubi tamen verae collocationis vestigium remansit) et emendator Leidensis, hic, ut ait (p. LXXX), *fidem vetusti codicis anteponens.* causa transponendi eadem fuit quae verborum substitutionibus plerisque subest mutandi libido, nam mons in confinio positus pari iure tribui potest et Thessaliae, ut fecit Plinius 4, 30, et Macedoniae, ut fecit idem 8, 227. 16, 71 cum Mela 2, 3, 36. — Caput de cinnamo, quod in Aethiopia sola c. 30, 30. 31 habent libri editionis prioris, haec (scilicet *SA* sine adnotatione, *P* et *L*² sic ut supra p. LXXX rettulimus recensionum diversitatem testantes) bis habet et in Aethiopia et paucis mutatis sic ut legitur p. 220, 15 in capite de Arabia.

Commata paullo maiora alia huic classi, ut supra p. LXXVI dixi, cum classe secunda communia, alia huic propria, in his praefatio operis recogniti, omnia composita inveniuntur huius editionis p. 217—221. illa ex codice aliquo classis tertiae venisse in archetypum classis secundae ita, ut in eius margine perscriberentur, lectiones autem classis secundae intactae manerent neque in bonis neque in malis ad tertiam exactae, et ex aliis indiciis certo efficitur et eo comprobatur, quod unum eorum p. 219, 1 adest in *M*, abest a reliquis libris classis secundae, alterum p. 219, 3 alio loco in *M* legitur, alio in *LGQ*¹*P*². omnino Britannicorum certe, quae reliquis potiora sunt, originem communem esse nemo negabit. ex commatis reliquis unum brevissimum p. 159, 11 = 220, 26 *subnexus* ... *abortivae* cum vindices habeat et Plinium a Solino expilatum et Priscianum Solinianorum expilatorem, vix dubium est vere Solini esse et casu excidisse ex archetypo communi classium primae et secundae. alter quoque locus p. 147, 5 = 220, 10 *condita autem Alexandria* . . . *Canopicon*

appellant cum in parte extrema pendere videatur ex Plinianis 5, 64 praecedantque apud Solinum excerpta ex Plinii capite 5, 62, magis est ut sit Solini casu et ipse omissus ab eo qui archetypum illud exaravit. de reliquis externa auctoritate nulla defensis iam sententia ferenda est una cum locis illis mutatis et transpositis.

Locutiones duarum editionum ubi differunt, de forma posteriore vix erit qui aliter iudicet atque iudicavit emendator Leidensis ad primam quam offendit eius generis sententiam adnotans *glosa est.* conficit rem auctorum antiquorum comparatio cum eorum quos Solinus compilavit tum qui Solinum. ex illis unum comma afferam p. 77, 6 *ut altior aestimetur quam unde imbres cadunt* ad verbum fere sumptum ex Mela in tertiae classis libris ita mutatum *ut nubes supervadat.* cui multa similia addi possunt, sed mitto ea in re evidenti. iam Salmasius p. 1178 *in priore editione*, inquit, *Solinus non res tantum, sed ipsa paene Plinii verba usurpavit, ut ex sescentis locis verum esse scimus, in posteriore res retinuit, verba immutavit.* haec rei explicatio admitti posset, si diversitati duarum editionum ratiocinatio aliqua subesset sive probabilis sive perversa. sed qui libellum interpolavit quamquam in praefatione ait hoc se egisse, ut libro adhuc 'impolito' calamistros inureret et 'scabrae informitatis proditionem' additis argutiis 'extingueret', eo promisso nequaquam stetit; nam quae reposuit peraeque nec meliora sunt reiectis neque exquisitiora magisve recondita, sed tantummodo alia, ut grammaticum aliquem deprehendere videamur orationis copiam ostentantem adeoque scholastico exercitio vocabula pro vocabulis substituentem. ipsum auctorem licet exilem ita sua sprevisse et ante exposita sine causa mutavisse omni probabilitate caret. quam ob rem verisimile est secundam hanc editionem non proficisci ab auctore, sed a grammatico aliquo aetatis posterioris, qui suo nomine suppresso sub umbra auctoris in scholis recepti latere vellet.

Eodem ducit auctorum eorum, qui antiqua aetate Solini libello usi sunt comparatio: sequuntur ad unum omnes recensionem eam, quam repraesentant classes prima secundaque. recognitae, a qua, si probata esset ab ipso auctore, posteriores omnes abstinuisse parum credibile est, apud eos indicia certa nulla reperiri iam ostendemus. tenendum autem erit minutis et singularibus in hac quaestione locum non dandum esse in auctore multum lectitato ac mature omnino glossis instructo dittographiisque.

Ammianum cum supra (p. XIX) negaverimus ipso Solino usum esse, non perveniunt ad hanc disceptationem loci pauci, ubi consentit cum classe tertia magis quam cum reliquis, scilicet quod p. 80, 15, ubi in bonis

libris est *spilon* (immo *psilon*) *stoma*, substituunt consentientes *stenon stoma*, et quod p. 199, 17 (supra p. XXI) lectio cl. III *lunares liquuntur aspergines* (cl. I. II *liquitur lunaris imber*) prope accedit ad Ammiani *umores ex lunari aspergine capiunt.* haec cum non sufficiant ad coniecturam iis superstruendam, magis fortasse pertinent ad stabiliendum, unde qui librum interpolavit res locutionesque traxerit.

Capellae quod cum cl. III ibi convenit, ubi ea sola verum servavit (ut 183, 3 *attagenus*) et quod adsunt tam in hac quam apud illum iidem errores non necessario ex communi auctore repetendi (ut 63, 7 *paflagonia* dederunt pro *pelagonia* errore orto ex scripturis PAELAGONIA et PAFLAGONIA), id ad rem non facit. e contrario non solum absunt errores cl. III proprii (e. c. 173, 16 *panthydri* — 198, 5 *nullus* pro *nulli* — 202, 6 *azanio*), sed quibusdam locis Capella errat non solum cum classe prima (202, 3 *germania*), sed adeo cum uno codice *C* (32, 6 *autocli* pro *aulochi* — 179, 19 *ox-* pro *oax-* — 208, 3 *abdita* pro *addit*). sane habuit Capella libellum ut classis primae, ita instructum folio eo, quod ex exemplaribus classis eius nostris excidit, citans inde plura.

Priscianus locum p. 100, 7 *pecua nisi interdum* citat in institutionibus ad verbum, ut eum exhibent classes prima et secunda non agnoscens quae addunt libri interpolati *ibi* et *aestate.* ab eodem in iisdem commentariis quod mox (p. XCVII) videbimus Solini librum sexies citari sub titulo, quem agnoscunt classes prima et secunda, septimum autem addito altero Polyhistoris tertiae classi indito, inde ne colligas recensionem interpolatam anteriorem esse commentariis Priscianis editis ante a. 526. primum quos habemus codices Prisciani et ex eodem Theodori exemplari omnes descendunt nec superant saeculum nonum suntque vel antiquissimi eorum glossis iam additamentisque referti; non immerito igitur in unico illo loco suspicabere secundarium titulum interpolatione insertum esse. deinde etsi constaret polyhistoris titulo ipsum Priscianum usum esse, hoc inde colligeremus eum non a recognitore excogitatum esse, sed Solini libro pro secundario indice inditum in scholis grammaticorum Byzantiorum eumque deinde aut ex scholastica traditione aut ex hoc ipso Prisciani loco sibi notum ab interpolatore arreptum, ut suam editionem Graeca elegantia intitularet.

Isidorus denique, qui unus ex Solinianis longe plura attulit quam reliqui omnes coniuncti, passim prodit exemplari se usum esse editionis quae fertur prioris. in capite de Britannia adiacentibusque insulis, quod omnium maxime in duabus recensionibus differt, non solum de Ebudibus et Orcadibus ita scribit, ut quae accesserunt apud recognitorem p. 219, 3—29 eum non legisse certum sit, sed de Thyle quae habet 14, 6, 4:

Tyle ultima oceani inter septentrionalem et occidentalem plagam ultra Britanniam, a sole nomen habens, quia in ea aestivum solstitium sol facit et nullus ultra eam est dies: unde et pigrum et concretum est mare ita reddunt Soliniana editionis verae p. 101, 11—102, 3, ut appareat verba *ultra Thylen* errore eum coniunxisse cum praecedentibus *brumali solstitio nullus dies*, non, ut voluit Solinus, cum iis quae sequuntur *accipimus pigrum et concretum mare.* similiter in loco de Pannonia 99, 8 ad verbum sequitur editionem veram et alibi passim (38, 9 *accessione* — 72, 11 *remis* — 87, 18 *sed mero* — 96, 8 *praesidium* — 106, 4 *Aegyptum pertendit* — 116, 12 *praepinguis* — 162, 4 *dicunt*) eandem eum ante oculos habuisse apparet. quod si e contrario quibusdam locis relatio Isidoriana aliquid commune habet cum libello Solini recognito:

77, 6 ut altior aestimetur quam unde imbres cadunt *cl. I. II*, ut nubes superuadat *cl. III*, altior nubibus *Isidorus*

83, 7 frangunt tauros, leones premunt *cl. I. II*, fr. t. leones perimunt *cl. III*, ut tauros premant, leones perimant *Isidorus*

122, 1 truncatos mordicus privent testibus *cl. I. II*, generandi spem morsu detruncant *cl. III*, testiculos eorum morsu detruncant *Isidorus*

144, 17 resimo *cl. I et meliores cl. II*, resupinato *vel* resupino *deteriores cl. II et Isidorus*

poterunt eius generis convenientiae aut ad glossas referri Solini libro ante Isidori aetatem adscriptas aut, quod praetulerim, ita explicari, ut qui eum recognovit item Isidori origines noverit. certe eiusmodi suspicio eo movetur, quod locus Flori de Dravo Savoque ab Isidoro 14, 4, 16 Solinianis 99, 9 interpositus simillima contaminatione legitur apud Solini recognitorem. — Codicem Isidorus adhibuisse videtur pariter atque Capella classis primae, sed plenum, nam habet quaedam ex iis quae ad finem in eius classis libris iam desiderantur, sed item errores classi ei proprios, ut 42, 4 *renitentes* — 46, 4 *ichnus.* obstat locus 147, 1 apud Isidorum ita corruptus, ut legitur in stirpe altera classis secundae. certius de ea re iudicium ferent Isidorianorum editores futuri, nam quamquam Kuebleri beneficio de textu Isidoriano aliquanto meliora edoctus sum quam quibus utebar in paranda editione priore, nihilominus ex apparatu tantummodo inchoato quaestio satis diudicari non potuit.

Testatam ita quodammodo interpolationem locorum qui accesserunt potiorum collocatio confirmat. locus p. 218, 29 *navigant* . . . . 32 *abstinent* quamquam reddit Pliniana 4, 104 proxima iis quae in Solinianis sequentibus expilata sunt, nihilominus eo loco, quo traditur, id est p. 106, 14 inter *navigabile* et *idque,* inseri non potuit nisi ut pro

vocabulo quod est *idque* alia substituerentur; id nihilominus retinuerunt libri classis secundae manifestantes ita interpolationem, mutaverunt codices classis tertiae interpolatione aucta. alter locus p. 219, 3 *a Calidoniae promunturio* . . . . 29 *matrimonium nulli* in classis tertiae libris collocatur post verba, quae interpolator pro genuinis p. 102, 2 *nullus dies* substituit *dies adeo conductus ut ortus iunctus sit et occasus*, eaque verborum ordinatio certe intellegi potest; contra in libris classis secundae comma a verbis *nullus* (sic) *ut ortus* ad *matrimonium nulli* collocatur in stirpe altera, scilicet in libris LGQ et plerisque, ante 102, 4 *circuitus*, in altera, scilicet in codice *M*, ante 102, 1 *transitum*, ita ut utroque loco sententiarum ordinem male interrumpat et emblema vel ipsa verborum consecutione et male praescripto vocabulo *nullus* (fuit in archetypo *dies nullus adeo conductus*) sese prodat. denique additamenta Britannica ordinem relationis male turbant; ea enim si admittimus, agitur primum de insula Thyle, deinde de insulis inter Britanniam et Thylen Ebudibus et Orcadibus, mox iterum de Thyle et de mari ultra Thylen; eiectis iis tollitur et duplex de Thyle narratio et perversus progressus a Thyle ad Orcades et recte omnia procedunt convenientia relationi Plinianae.

Vitia quoque classibus tribus communia refutant opinionem, quae adhuc obtinuit, libellum bis ab auctore editum esse et utriusque editionis exemplaria ad nos pervenisse. nam quamquam alterius archetypi non habemus nisi variam lectionem imperfecte enotatam, adnotatores eos credibile non est tot locis errores intactos reliquisse, quot infra videbimus ex archetypo communi libros omnes occupavisse.

Denique editionis secundae ratio et adornatio tam perversa est, ut ad ipsum auctorem licet plebeium et minime ingeniosum nullo modo referri possit. recognitor libellum simulans auctori subreptum esse etiam tum imperfectum sensit requiri iam in editione altera rerum copiam auctam, in praefatione professus adiecta esse *quae ad incrementum cognitionis accesserunt cura longiore.* at hoc promissum si comparas cum additamentis vere repertis in editionis alterius codicibus, ut ea omnia ab eodem homine veniant, id quod nequaquam certum est, rerum cognitionem vere non augent nisi in rebus Britannicis neque credibile est ipsum auctorem tam inepte a promisso descivisse. vere recognitor sibi satisfecit verbis passim mutatis mutatoque libelli titulo et addita praefatione altera. at ne in hac quidem adicienda rem probabiliter instituit; nam quamquam in fine eius ait eum cui haec editio inscribitur eodem loco habitum esse atque eum cui 'laboris' sui 'summam' antea dedicavisset, nihilominus eam inscribit eidem Advento, cui prior dedicata est. id absurdum esse senserunt ii a quibus proficiscuntur codices libelli secundam praefationem inscribentes

modo Constantio (n. 4. 12. 30. 83. 85) modo Herennio oratori (n. 61. 64. 110); at utriusque stirpis meliores, tam *SA* quam *P* in illo nomine non variant.

Soliniani libelli recognitio haec interpolata quo tempore et quo loco facta sit, parum constat cum ob alias causas tum quod additamenta maiora a nobis composita p. 217—221 neque omnia pari probabilitate Solino abiudicantur neque certum est indubie insiticia ab eadem manu adiecta esse omnia. interpolationis sic per universum librum propagatae quamquam alterum exemplum Latinae litterae vix praebent, in universum comparari poterunt adnotationes ad Plinii naturae historiam (supra p. XXIV) adiectae in margine libri Leidensis Lips. 7, auctore dignae, sed vix ipsius auctoris; glossa Velleii codicis Murbacensis locum servans ex opere paucis lectitato Aemilii Surae (v. quae dixi in mus. Rhenano novo 16, 282); codices Prisciani quidam deteriores referentes (ad 4, 29 p. 134, 3 Hertz) locum Alfii Aviti poetae vetusti et parum in vulgus noti. additamenta Soliniana continent de anno natali Alexandri magni Nepotis testimonium (p. 220, 31) sine dubio ex chronicis eius sumptum et genuinum et per solos Solini libros servatum (cf. editio Nepotis Rothiana p. 179); quae adnotatio quamquam ab insiticiis reliquis abhorret, causa nulla est, cur ipsi Solini eam adiudicemus, et si venit ab interpolatore, ostendit interpolationem nequaquam recentis originis esse. etiam Britannica, quae eiusdem originis esse manifestum est, qui addidit, eum cum Solini libro Plinium versavisse supra (p. XC) vidimus. linguae Graecae aliquam notitiam prodit veriloquium de insula Planasia (p. 218, 3). de Blemyarum natione quod fabulosis Solini veriora interpolator adscripsit (p. 220, 5), ostendit eum non ignoravisse bella a Diocletiano inde ad Iustinianum cum ea natione exercitata etiam apud Latinos auctores subinde memorata (paneg. genethliac. Maximiani c. 17; Ammianus 14, 4, 3. 22, 15, 24; vitae Aureliani 33. 41, Probi 17. 19, Firmi 3. Sulpicius dial. 1, 15. 22). de cinnamo (p. 220, 15) itemque de pipere et hebeno (p. 221, 1) interpolator ita tractat, ut convenit aetati inter Romanam nostramque interpositae sollicite quaerenti de mercium ex Oriente advectarum indole et origine. Christianum auctorem indicare videntur *gentilia vota* p. 218, 23, *detestabilis sacrorum ritus* de hostiis humanis p. 218, 16, *commoveri in feminam* p. 219, 13 locutione quodammodo ecclesiastica, quamquam talia facile fallunt nec nego etiam paganum hominem haec scribere potuisse. denique animadvertenda sunt tam inlatae capiti de Gallia laudes lacus Brigantini, laeti campi Norici subalpini, planities Pannoniae cum fluviis Dravo Savoque, quam quae de Hibernia et Caledonia et de insulis maris septentrionalis nar-

rantur non pauca nec contemnenda, quorum non nisi exiguam partem suppeditavit Plinius, alia affinia sunt iis quae de Caledonia tradit Cassius Dio (76, 12), pleraque vero non leguntur apud quemquam eorum quos habemus scriptorum et auctorem prae se ferunt earum partium satis gnarum. haec in memoriam revocant monachos Scottos a sexto inde saeculo excurrentes in continentem, Columbanum Brigantiae moratum per triennium eiusque socios et discipulos. ad hos ut redeunt scholia Vergiliana et Lucaniana non indocta, ita fieri potuit, ut eorum aliquis eam de qua agimus recensionem libelli Soliniani instituerit et sub antiqui auctoris nomine ediderit. quod si vere Isidorianorum vestigia in hisce additamentis deprehenduntur (p. XC), id ei origini aetatique recte convenit. — Sermo coniecturae ei, quantum video, non obstat. quod non offendimus in interpolatis barbarismos a Romana consuetudine plane abhorrentes, eo revocandum est, quod recognitor orationem suam ad Solinianam formavit; conferenda *ambitio tergorum bubulorum* 218, 30 et *ambitio extimae cutis* 155, 11 — *mediale* 221, 11 et 97, 13 — *in crassitudinem extuberari* 221, 8 et 135, 16 = 220, 18 — *honorari* deponens 221, 17 et 29, 21. 38, 16 — *candicare* 218, 26 et 42, 7. 152, 14. 181, 2. 200, 1 — *nitella* 218, 28 et (sensu tamen diverso) 103, 14. alia interpolatori propria non offendunt, ut *compercere* 219, 27 et *ubertus* 218, 20 et *porro est* de loco 219, 18 expressum fortasse ex Vergilio Aen. 6, 711, cum etiam in glossis interdum (e. c. 162, 5) deprehendatur color Vergilianus; minus probabile 218, 2 *pars nocetur* utpote ipsius Solini (171, 9) consuetudini contrarium. invenit auctor in interpolatore admiratorem et imitatorem, neque quicquam apud hunc offendi, quod non possit proficisci ab homine grammatice docto saeculi septimi incipientis. attamen haec aetatis definitio omnino in coniectura posita est eaque nequaquam certa.

IV. ARCHETYPVM COMMVNE CLASSIVM TRIVM

Vidimus codices duorum ordinum priorum redire ad idem archetypum, hoc emendari non paucis locis adhibita classe tertia profecta ex archetypo altero. duo autem haec archetypa pendent rursus ab archetypo communi scriptoris antiquissimi, fortasse eo quod exaravit saeculo quinto imperator Theodosius II, quamquam subscriptio eius non servata est nisi in parte librorum classis primae. neque enim desunt loci in codicibus nostris omnibus ita vitiati, ut ad auctorem error nequeat referri. sane, ut supra (p. XCI) diximus, cum archetypi secundi lectiones non habeamus plene enotatos, ad id demonstratio ita pervenit, ut fieri potest per silentium testium; attamen errores graviores nec facile a recognitore neglegendi in eo quoque adfuerint probabile est, cum praesertim extent loci ita corrupti in tertii ordinis libris male correcti. omnino demonstratio haec in coniectura posita est nec desunt loci, ubi aut de errore errare potui aut error auctoris librariis potest imputatus esse; omnia tamen qui expendit, ei constabit, id quod per se probabile est, in hoc quoque libello vitia licet non multa reperiri a communis omnium librorum archetypi librario commissa. denique ubi infra de rubricis agemus, demonstrabitur eas non ab auctore proficisci et tamen in summa re libris omnibus esse communes. — Archetypum illud consentaneum est scriptum fuisse litteris continuis pendetque omnino verborum separatio a librariis, quorum in ea re errores variam lectionem ordinans ut par erat sprevi. quadratarum litterarum archetypi vestigia optimi quique libri servant permutantes litteras *C* et *G*, ut 12, 14 *lugeret*] *luceret R* — 52, 12 *gelonium*] *celonium AP* — 103, 14 *coquunt* = *cocunt*] *cogunt RCNLMGP*^{1}; item *I* et *L*, ut 49, 8 *Iliensium*] *iltensium R*; item *V* et *Y*, ut 49, 13 *Eryx*] *Erux RCN*.

Incipiam a lectionibus duplicibus, quae non contineantur unius classis terminis.

aspectu
40, 6 obtutu nocentis] *archetypus puto*, obtutu nocentis *ex cl. I RCHA*, obtutu aspectu nocentis *ex cl. I NS et cl. II*, obtutu nocentis aspectus *P*

surculis
60, 16 fruticibus] *R*, fruticibus surculis C^a, fruticibus C^b*HS similiterque* N^1, fruticibus ac surculis *cl. II*, asserculis *A*N^2 *corrigentes*

sollicitant
61, 6 inlicitant]. *R*, inlicitant *CNHS*, sollicitant *cl. II. III*

protinus
71, 16 pronius] *archetypus puto*, protinus *RN et cl. II*, pronius *C (?) et cl. III*, prius *H*

ad
97, 5 prope casuram] *archetypus puto*, prope casuram *cl. I et L*, prope ad casuram *MG et cl. III*

altius
107, 3 suspensius] *archetypus puto*, suspensius altius *cl. I. II*, suspensus altius *cl. III coniectura*, suspensius *H item coniectura*

ad
112, 4 conflictu] *archetypus puto*, conflictu *cl. I*, ad conflictu *cl. II*, adflictu *cl. III*

diffusae
139, 2 uastae] *archetypus puto*, diffusae uastae *RCNA Dic.*, diffusae et uastae **H et cl. II*, uastae et diffusae *S:* uastae *Plinius*

Panchaiam
150, 4 Pranctheam] *archetypus puto*, panpractheam chaiam *S*, panchaeam *Francofurtensis*, pantheam *C*, achaiam *M*, pranctheam *LP*, practhea(m) *NADic.*, prantheam *H*, rantcheam *R*

Eufrate
158, 6 in ipso alveo] *archetypus puto*, in ipso eufrate alueo *plerique cum Isidori codicibus Vossiano et Bernensi*, in ipso eufratis alueo *A corrigens*

amplissimam
185, 7 populosissimam] *archetypus puto*, populosissima amplissimam *cl. I*, populosissimam et amplissimam *LP*, populosissimam *MQGSA*

asperavit
201, 4 offendit C. Caesarem] *archetypus puto*, asperauit offendit gaium caesarem *S*, asperauit gaium caesarem offendit *A*, offendit spirauit (*sic M*, offendi sperauit *deteriores*) c. caesarem *cl. II*, offendit c. caesarem *cl. I*, asperauit c. caesarem P^a

Carbyle
204, 7 Ba(r)bitae] *archetypus puto*, carbyle (arbyle *cl. I*) sive barbytae *cl. I et II cum Capella*, ba(r)bitae *cl. III*

Sequuntur vitia communia libris nostris omnibus quae quidem mihi certa videantur, in editione notata asterisco. numero non multa sunt habemusque omnino hunc libellum ex ipsis codicibus ita emendatum, ut coniecturae admodum raro locus sit.

19, 14 alectoria usus] P^1 *ex Plinio omnino* (*supra p.* LXXXIV.), alectorius *reliqui cum auctore rubricarum*
33, 10 ab eiecto] abiecto *libri*
35, 3 a nutrice Caietam] *A coniectura puto*, a nutrice caieta caietam *reliqui*
37, 16 |XX| XLIX *sive* vicies centena quadraginta novem] *sic ad Plinium Solini auctorem et Capellam eiusdem expilatorem*, uicies quadragies nouies (*vel* noviesque) centena *libri*
41, 5 cicadae apud Reginos mutae nec usquam alibi] *ante* alibi *ins.* cicadae quam regio (*sic cl. II*, regiones *cl. I*, apud reginos *H*, apud reginios *A*) mutae *libri*
42, 18 si desint] desint si *libri*
57, 7 ille Herculis pugna hic Pane] ille herculis pugnae hic plane *libri plerique*, ille herculis pugnae spaniae *M male corrigens*
57, 16 a brumali oriente] a brumali occidente *libri*
69, 1 Aenus] haemus *libri*
82, 7 statis] *sic ad Melam*, aestatis *libri*
111, 15 cogit] cogit sequentes *libri*
149, 14 maxima] *H coniectura puto*, maxima altitudine *cl. I cum P*, maxima altitudo *cl. II*
177, 10 P. Licinii] pł *cl. I. II*, publii *cl. III*
187, 12 candentissimi] *NSHA coniectura puto*, candidissimi *RC et cl. II*
197, 19 Rachia] *sic ad Plinium*, t(h)racia *libri*
198, 14 triginta] *sic ad Plinium auctorem et expilatorem Capellam*, quadraginta *libri*
204, 5 quingenta quinquaginta] *sic ad Plinium et Capellam*, quinquaginta *libri*
207, 1 adfirmat] *genealogus*, adfirmant *libri*

V. TITVLVS ET RVBRICAE.

Librum auctor quomodo inscripserit ut intellegatur, composuimus et tituli quas habemus adlegationes et testimonia codicum.

Priscianus, qui solus ex auctoribus Romanae aetatis libri indicem enuntiat in institutionibus grammaticis octies Solinum adlegans, semel nudum nomen ponit, semel (1, 28) citat Solinum *in collectaneis vel polyhistore*, semel (10, 50) *in collectaneis*, quater (2, 61. 5, 15. 6, 86. 18, 213) *in memorabilibus*, semel denique (6, 44) *in admirabilibus*.

Aldhelmus († 709) usus libro aut primae classis aut secundae (non tertiae, v. 100, 12), ubi plenissime (p. 323) sic citat: *Iulius Solinus in collectanea rerum memorabilium*.

Primae classis libro usus Dicuil perpetuo laudat *Iulium Solinum in collectaneis*. eiusdem ordinis liber *N* itemque huic affines tertiae *SA* subscribunt: *explicit liber Iulii Solini de situ orbis terrarum et de singulis mirabilibus quae mundi ambitu continentur (quae in mundo habentur SA)*. deficiunt vel tacent *RCH*. *Polyhistoris* titulum novit Anonymus Leidensis (vide p. XXVIII. LXIV).

Secundae classis libri *MQ* rubricis (vide p. C) subscribunt: *indiculum Iuli Solini collectarium rerum memorabilium*; reliqui huius ordinis codices meliores (de fragmento Casinate, in quo est *collectio rerum memorabilium*, dixi p. XL) titulum non enuntiant.

In praefatione sua p. 217, 18 interpolator *erit igitur*, inquit, *operi isti titulus polyhistor; nam quem in exordio designaveram: collectanea rerum memorabilium cum his quae improbaveram placuit oblitterari*. concordat eius generis librorum inscriptio: *C. Iulii Solini sive grammatici polyhistor ab ipso editus et recognitus*.

Colligitur inde veram commentarii inscriptionem esse *collectanea rerum memorabilium*, inde breviatas *collectanea* vel *memorabilia*. *admirabilium* appellatio semel a Prisciano usurpata et similis ea, quam liber *N* habet habentque libri recentiores permulti, argumentum magis operis enuntiant quam indicem. *polyhistoris* denique titulum interpolator libello imposuit, nam unico loco Prisciani diffidendum esse supra p. LXXXIX

monui; fieri posse, ut vocabulum antea in scholastica libri tractatione usurpatum interpolator non ipse excogitarit. sumpsit id interpolator sine dubio ex Plinii naturae historia a Cornelio Alexandro passim ibi ita appellato transferens ad Solinum.

Subscriptio *studio et diligentia d(omini) n(ostri)* (sic ad *P*, vide p. XLIV; *domni* Heidelbergensis) *Theodosii invictissimi principis*, quam supra p. LXVII. XCIV diximus servatam esse ex libris non contaminatis in uno Heidelbergensi, adfuisse posse iam in communi omnium archetypo, recte rettulerunt viri docti ad imperatorem Theodosium II († 450) notum καλλίγραφον (Otto Jahn in actis soc. Saxon. minoribus a. 1851 p. 342). Aldhelmus (opp. p. 323 ed. Giles) quae narrat de institutionibus Prisciani ab imperatore eo sua manu scriptis constat pertinere ad subscriptionem vere Priscianam Theodori cuiusdam (cf. Jahn l. c. et p. 358 et Hertz in praef. ad Priscianum vol. I p. XVIII); sed vix Aldhelmus ita errare potuit, nisi item novisset subscriptionem hanc Solinianam.

Rubricae cum textu eo quem habemus pariter traditae in libris reperiuntur duplici ratione dispositae, tam interpositae ipsi orationi quam coniunctae in laterculum libello praescriptum. eas in appendice p. 223—232 secundum formam priorem recensui restituta quantum fieri potuit ordinatione primitiva, interposita varia lectione intra parentheses rotundas, additamentis posterioribus similiter intra uncos quadratos. in textum receptae rubricae ab eo in libris distinguuntur litteris miniatis et id ubi neglegitur (ut 156, 4. 164, 12), per numerorum continuationem errores facile tolluntur. rubricae singulae cum commata plura conplecti soleant, librarii non raro eadem lemmata disiuncta locis ad quos pertinent denuo adposuerunt. ita ante c. 1, 7 rubricae primae particula *de temporibus urbis conditae* reperitur in libris omnibus praeter *R* et (versu tamen vacuo relicto) *P*; item ante c. 1, 77 rubricae partem *de lapide alectorio* sive *de alectorio lapide* repetunt libri *RL*, ante c. 2, 33 *de boa angue* liber *R*, ante c. 5, 25 vel 26 *de achate lapide* libri *LGP* et sic deinceps. haec ut oportuit ex rubricarum laterculo eieci.

Rubricis cum codices non secundae clsssis, sed tam primae quam tertiae numeros adscribant, numeratio ea ad classes recte distinguendas aliquam utilitatem habet. et primae quidem classis libri *RCNH* numerant rubricas sexaginta tres, sic ut infra dispositae sunt ad numerationem hodie receptam, missis tamen singulorum librorum erroribus minutis et inutilibus. contra tertiae classis libri *SAP* rubricas non numerant nisi quinquaginta septem, sic ut item infra exhibentur; conveniunt eae fere cum numeratione hodie recepta propterea quod editiones vetustae ex huius generis codicibus expressae sunt. solum caput quod hodie est un-

decimum ibi reperitur bipertitum, scilicet c. XII incipit in *SA* c. 11, 14, in *P* c. 11, 3; in codem XIII bis scribitur et ante 11, 15 et ubi habent *SA* ante c. 12.

numeri hodie recepti	*RCNH*	*SAP*	numeri hodie recepti	*RCNH*	*SAP*
1	I	I	25	XXXIII	XXVI
2	II	II	26	XXXIIII	XXVII
3	III	III	27	XXXV	XXVIII
4	IIII	IIII	28	XXXVI	XXIX
5	V	V	29	XXXVII	XXX
6	VI	VI	30	XXXVIII	XXXI
7	VII	VII	31	XXXVIIII	XXXII
8	VIII	VIII	32	XL	XXXIII
9	IX	IX	33	XLI	XXXIV
10	X	X	34	XLII	XXXV
11,1	XI	XI	35	XLIII	XXXVI
11,3	XII		36		XXXVII
11,14		XII	37	XLIIII	XXXVIII
11,15	XIII		38	XLV	XXXIX
11,19	XIIII		39	XLVI	XL
11,24	XV		40	XLVII	XLI
11,26	XV		41		XLII
11,30	XVII		42	XLVIII	XLIII
12	XVIII	XIII	43	XLVIIII	XLIV
13	XVIIII	XIV	44	L	XLV
14	XX	XV	45	LI	XLVI
15	XXI	XVI	46	LII	XLVII
16	XXII	XVII	47	LIII	XLVIII
17	XXIII	XVIII	48	LIIII	XLIX
18	XXIIII	XVIIII	49	LV	L
19,1	XXV	XX	50	LVI	LI
19,2	XXVI		51	LVII	LII
19,9	XXVII		52	LVIII	LIII
20	XXVIII	XXI	53	LVIIII	LIV
21	XXVIIII	XXII	54,1	LX	LV
22	XXX	XXIII	54,12	LXI	
23	XXXI	XXIV	55	LXII	LVI
24	XXXII	XXV	56	LXIII	LVII

Rubricarum laterculus libello praepositus cum in libris *NAP*² non differat ab eo, quem efficiunt rubricae per ipsum commentarium dispersae, diversa forma procedit in libris *RC*, quamquam ibi quoque capita LXIII numerata fuisse in archetypo numeri declarant licet in nostris libris perturbati, eundem indicem, sed amplificatum libello praeponunt classis secundae codices *MQ*, item *L*² et Leidensis publicorum 113. index is in *RC* caret praescriptione et subscriptione; libri *MQ* praescribunt haec: *indiculus capitulorum* (*cap'* Q Leid., *cccl* M) *Iuli Solini rerum collectarium infra scriptarum sic*, subscribunt iidem et *L*²: *explc indiculum* (*-lus* L²) *C.* (sic MQ, *capit* L², om. Leid.) *Iuli Solini collectarium* (*collectaneum* L²) *rerum memorabilium feliciter* (*fel.* om. L²), ubi vocabulum post *indiculus* quamquam librarii pro capitulorum nota habuerunt, in archetypo praenominis auctoris notam fuisse crediderim. subieci specimen tam formae simplicis ex libris *RC* quam amplificatae ex libro *M.*

RC	*M*
de origine urbis Romae	*deficit praescriptio, numerantur capita LX*
Italia et in ea mira	Italia in ea mira : *numerantur capita XVI*
Corsica et in ea mira	Corsica in ea : *numeratur caput I*
Sardinia et in ea mira	Sardinia in ea : *numerantur capita III*
. . . .	. . . .
Brittania et in ea mira	Brittania: in ea
	I nomina insularum
	II Iuvernia
	III Silura
	IIII Tanatis
	V Thylae
	VI circuitus Brittaniae. in eo mira
	VII de gagathae lapide
	VIII gens Pictorum
. . . .	. . . .
sinus Persicus et in eo mira	sinus Persicus et Arabicus: *numerantur capita XIIII sic*:
	I gens Carmaniae
	II de his quarum odio habent
Parthia et in ea mira	III Parthia
Babylonia et in ea mira	IIII Babylonia
	V omnia ora oceani posse navigari ab India Gadir usque
	VI de Trogloditis et Ictuofagis
	VII nomina insularum in oceano

VIII (*sic*) Athlantico costitutorum
VIIII Gorgadas
X Hesperidum insulae
XI Fortunate
XII Embrion insula
XIII Iunonia insula
XIIII Nivaria
XIIII (sic) Canaria

Ita in forma ampliore effecta capita minora libri classis secundae, quam diximus nnmeros non apponere rubricis, numerant denaria fere ratione. scilicet in indice libri *M* non constanter, sed passim numeri plerumque denarii adscribuntur effecti ex capitibus illis a principio ad calcem libelli pernumeratis. primus eius generis numerus in eo indice enuntiatus est CXV post rubricas novem primas, quae capita efficiunt CXIV (60 + 16 + 1 + 3 + 9 + 7 + 11 + 1 + 6), adscriptus ad rubricae decimae inscriptae *Thratia cum moribus et gentibus* caput primum inscriptum *de locis et populis*, vere igitur hoc est libelli caput CXV. extremus eius generis numerus in indice est CCCCLX adscriptus ad rubricae supra plene relatae caput XII vel XIII, id quod recte respondet capitum per indicem eum numerationi; divisit igitur qui secundae classis archetypum ordinavit Solini commentarium in capita CCCCLXIII. eadem capitum numeratio in tribus huius classis codicibus primariis *MLG* redit ad marginem libelli ipsius non continuata, sed quatenus superest respondens. dabo eorum numerorum primos postremosque

M = primum LX iuxta *navis a Phrygia* p. 30, 7: respondet illi numero in indice caput inscriptum *de pudicitia matronali felicitate etiam et adversa singulorum*
postremum CCCCL iuxta *praeterea habet* p. 203, 8: in indice idem numerus adscriptus est ad caput *de celonofagis*

L = primum CCXXX iuxta *etiam mitiorque* p. 123, 11: in indice libri *M* idem numerus adscriptus est ad caput inscriptum *de ammodita et ceteris infra scriptis* = p. 123, 4
postremum CCCXXX iuxta *Oxus amnis* p. 179, 19: in indice *M* idem numerus adscriptus est ad caput *de Aretissa flumine* = p. 157, 14, contra CCCLXXX ad caput quod respondet *gentes circa Oxum amnem* = p. 179, 19

G = primum CCLXX iuxta *visa sunt* p. 134, 2: in indice *M* is numerus adscriptus est ad caput *de catoblepa* = p. 134, 8
postremum ut *L*.

In editione priore eius numerationis vestigia in *LG* servata rettuli, cola

autem commatave quaenam ita indicarentur, non repperi nec facile reperire potui, cum diasceuasta capita nulla ratione diviserit; iam index libri *M* quid significetur aperuit.

Quae de laterculo hoc exposuimus, declarant eum redire ad archetypum commune classis primae et secundae, cum eum habeant tam *RC* quam *MQ*. id ipsum confirmant lectiones ex laterculi forma ampliore petendae; recedunt enim non uno loco a lectionibus classis secundae easque emendant. ita p. 213, 1 *Embrion* vocabulum recte scriptum solus index classis secundae servavit leviter corruptum in classe tertia, graviter (*norion*) in libris omnibus classis secundae prima hoc loco mutila. item *carmania* p. 202, 3. 203, 7. 204, 3 index fere recte in libris corruptum fere in *germania*; p. 101, 6 *tanatis* index rectius quam quod est in libris classis huius *tanus*. meliora haec cum redeant fere in libris classis tertiae, aliquando indicem ad eius ordinis libros factum esse credidi, sed erravi; nam ut alia mittam, immunis est ab eius classis naevis, habens p. 101, 1 *Siluram* insulam, non Scillinas, item in Arabia capiti *de myrra* = c. 33, 9. 10 subiungens caput *de foenice ave* = c. 33, 11 sq. non interposito loco de cinnamo.

Rubricas omnes non profectas esse ab auctore declarat primum inepta et subabsurda operis divisio vel hoc auctore non bono indigna, deinde barbarismi minime Soliniani, ut c. 13 *flumen histrum* casu primo; denique mendae ex archetypo depravato in rubricas illatae, ut c. 1, *f de alectorio lapide* enatum ex corruptela antiquissima p. 19, 14 *alectorius* pro *alectoria usus*.

VI. ORTHOGRAPHICA.

Orthographicis in commentario codicibus aetatis vere Romanae nullis nobis tradito immorari noluimus; itaque exceptis nominibus propriis maxime non vulgaribus eius generis vitia peraeque suppressi. attamen ubi rettuli variam lectionem, retinui ut par erat librorum barbarismos, sed ita ut ubi plurium librorum scriptura referenda esset in ipsa lectione consentientium, dissentientium in orthographicis, id raro notarem. ita ubi *quae* attuli ex libris pluribus, fieri potest, ut in horum quibusdam legatur *que*, et sic deinceps. aliquoties talem diversitatem ita indicavi, ut *h* litteram modo positam modo omissam parenthesi circumscriberem, libris inter *y* et *i* fluctuantibus post *y* insererem (*i*). talia neminem opinor morabuntur. — Vetustae orthographiae ut reliquias non raras, ita labentis aetatis sordium copiam ingentem libri nostri exhibent. utrumque ut demonstretur, sufficiet elenchus qui sequitur, respiciens ibi ubi codicis nota nulla opponitur potissimum librum Vaticanum 3342 = *R* saec. X.

ae pro *e* raro, passim *e* pro *ae*

e pro *i* aliquoties *C*: *altetudo* — *flumene* et passim *M*, ut *deneque* — *edetis* — *perstetit* — *ueris* — *uerum*; item *i* pro *e*, ut *consuisse* — *diogenis* — *firme*. — *genetrix*, *intelleg-* recte *RC*

i et *y*:

- *i* pro *y* passim
- *y* pro *i* item: *Cymbria* — *cythara* — *Lybia* — *Lygures* — *sydera* *R*

i ibi, ubi hodie *ii* scribi solet, libri passim exhibent, id quod raro adnotavimus.

o et *u*:

- recte *nungenti* 151, 2 — *promunturium* (*cf. C. I. L.* X, 6430) *R*
- male *iocundus* *R*
- passim permutantur in *M*

-o et *-um* in exitu vocabulorum ubi permutantur (ut 201, 10 in codice *N*), apparatus id indicat. libri nostri ut ab eo soloecismo fere abstinent, ita verisimile est in archetypo communi passim eum adfuisse et sublatum esse a librariis posterioris aetatis

oe in *R* admodum rarum: plerumque substituuntur *e* vel *ae*: *amenus* — *comedia* — *maenia* — *praelium*

b et *u*:
passim permutatae in *RC*: *albo* — *uenibolentia* — *cibilibus* — *deborat* — *excabant* — *nobem* — *nobum* — *octaba* — *bene* = venae — *betuit* — *botum*; item *ciui* — *fauricam* — *preuet* — *urebia* = brevia 48, 15.

b et *p*:
puplic- *C* — *optutu* *C*

c et *d*: *velud* passim, sed non constanter *R* — *aliquod* et *aliquot* confundit *C* — *quicquid* fere *R*; *quidquid* correctum in *quicquid* passim *N*

c et *qu*: *persequuti* *R*

c et *t*: non permutantur in libris *RC*, id quod notabile. adnotavit Traubius (o Roma nobilis p. 13 not. 7) in scriptura Langobardica litteras *ti* ibi, ubi pronuntiandae essent τι, ut in *gentis*, sic formari: ꞇ, ibi autem, ubi pronuntiandae ζι, ut in *nationis*, sic: ꞇ, itaque in codicibus ad eam litteraturam exaratis, quales sunt scripti Casini, corruptam scripturam *nacionis* evitari.

f et *ph*:
f pro *ph* constanter fere *R*: *anthropofagi, Filadelfus* cet.

h male omissa
passim *RC*: *actenus*, *auriunt*
recte fere *harena* *R*

h male adiecta
passim *R*: *adhurit* — *honere* — *humerus* — *humor* (sine *h* 178, 14. 182, 12)

h et *ch*:
nichil *RC* — *archana* *C*

h et *th*:
anthiocus *R* constanter

p inter duas comonantes addita vel omissa
promtius *RC* — *contempnere* *C*

geminatio

male omissa : *compresisse* similiaque passim *R*

recte omissa : *litus R*

Notae non inveniuntur nisi solitae codicum eius aetatis: unum adnoto pro *vero* passim reperiri in solo *R* notam *ū*. praenomina in archetypo notis scripta fuisse inde intellegitur, quod in libris passim aut male omissa sunt (5, 23. 8, 6. 9, 2. 11, 8 cet.) aut perperam soluta (ut 11, 8. 17, 17). item numeros notatos fuisse in archetypo communi inde intellegitur, quod in solvendis iis saepenumero grammatica ratio neglegitur: nos talia in variam lectionem raro admisimus. exempli causa p. 8, 16 *CCXLI* notas habent *RCLP, ducentis* recte *A*, *ducenti* male *NS*, *uno* recte *NS, una* male *H*.

In recensendo Solino quid ego secutus sim, ex supra dictis satis apparet. auctores a Solino Solinive auctore proximo usurpatos adnotavi ad marginem interiorem, Solinianorum compilatores ad imum marginem, in testimoniis utriusque generis colligendis egregie adiutus cum Salmasii commentariis plenis et doctis tum collectaneis a Carolo Ludovico Rothio ea qua pollebat eruditione et industria olim paratis, cavens autem quantum fieri potuit a locis similibus quidem, sed non sumptis ex ipso Solino. — In apparatu ordinando cum iam eo perventum sit, ut non tam a singulis codicibus pendeamus quam a tribus eorum ordinibus, ut facilius lectiones distinguantur, ubi utiliter fieri potuit, eas per classes distribui praescriptis numeris I. II. III. — Libellus parvus est, auctor mediocris; recensens eum laborem intellexi fortasse maiorem fore quam fructum, neque tamen operam perdidisse mihi videor, curans, quantum mihi datum est, ut editoris officiis diversis satisfacerem et rem quatenus a diligentia pendet absolverem.

Berolini,
m. Iulio a. 1895.

Corrigenda.

p. 4, 15 *adde* PL. 10, 79 auct.
p. 43 *ad* c. 49: *similia Augustinum de civ. dei 18, 16 sumpsisse ex Solino potius quam ex Plinio censet Kuebler.*
p. 45, 3 Ilhacesiam] *scr.* Ithacesiam.
p. 59 *ad* 1: PL. 4, 21] *scr.* PL. 4, 24.
p. 73—87 *infra textum nota* (B) *delenda: vide praef. p. XXX.*
p. 82 *infra textum v.* 3: 6, 46] *scr.* 5, 46.
p. 86, 16 ad uenas *potius quam* advenis, *vide praef. p. LXXXIII.*
p. 88 *adn. ad* 15 erunt] *scr.* erant.
p. 101 *adn. ad* 6: Thanetos *Beda*] *scr.* Tanatos *Beda.*
p. 105, 10 Atlanticos . . . 11 orbis *non ex Solino sumpsit Isidorus, sed ex Orosio.*
p. 106 *infra textum v.* 1: p. 14] *scr.* p. 4.
p. 108 *adn. ad* 5: diceremus] *scr.* libyam diceremus.
p. 117 *infra textum v.* 3: 81—88] *scr.* 81—87.
p. 119 *infra textum v.* 3 Dicuil 7, 8, 2] *scr.* Dicuil 7, 34.
p. 125 *ad* 5: PL. 37, 17] *scr.* PL. 37, 175.
p. 163 *infra textum v.* 4: 6, 52—55] *scr.* 7, 52—55.
p. 188, 7—9 *add.*: compilavit Isidorus 11, 3, 27.
p. 204 *ad* 14: PL. 6, 11] *scr.* PL. 6, 112.
p. 217, 3 *scr.* recepimus etiam quae.
p. 218, 13. 14 *pro* A *scr.* F.

C. IVLIVS SOLINVS.

C. IVLII SOLINI
COLLECTANEA RERVM MEMORABILIVM.

SOLINVS ADVENTO SALVTEM.

Cum et aurium clementia et optimarum artium studiis praestare 1 te ceteris sentiam idque oppido expertus de benivolentia tua nihil temere praeceperim, e re putavi examen opusculi istius tibi potissimum dare, cuius vel industria promptius suffragium vel benignitas veniam spondebat faciliorem. liber est ad conpendium praeparatus, quantum- 2 que ratio passa est ita moderate repressus, ut nec prodiga sit in eo copia nec damnosa concinnitas. cui si animum propius intenderis, velut fermentum cognitionis magis ei inesse quam bratteas eloquentiae deprehendes. exquisitis enim aliquot voluminibus studuisse me inpendio 3 fateor, ut et a notioribus referrem pedem et remotis largius inmorarer. locorum commemoratio plurimum tenet, in quam partem ferme inclinatior est universa materies. quorum meminisse ita visum est, ut inclitos terrarum situs et insignes tractus maris, servata orbis

RCNH LM(B) SAP

De inscriptione vide praefationem.

3 solinus (iulius solinus *H*) aduento salutem *om. B* 4 et *om.* C^1 arium *M* praestare te] prestaret N^a 5 sententiam *RN* 6 praeceperim e re putaui] *N*, praeceperit mere putaui *M*, praeceperim reputaui *LBP*, praeciperem reputaui *S*, perceperim * eputaui C^1, perceperim reputaui RC^2H, percipere me reputaui *A* istius tibi potissimum] huius postissimum *S* 8 spondeat *P*, spondebant *M* 9 prodita *M* in ea sit *A* 10 nec *om. N* animam H^1 proprius *RNMS* 11 magis ei inesse *II* (N^2LMBP), magis inesse *I* (N^1HSA, *om. RC*) brattea se eloq. *R*, eloq. br. *AP* 12 deprehendis *A*, deprehendentes *M* et quisitis *M* studuisse me] studiose me *R*, studiis semel N^a 13 et a] a *M* largius] longius N^2 14 quam partem] *II* (*LMBP*), qua parte *I* (*RCNHSA*) 15 meminisse *I* (*RCNHSA*), commeminisse *II* (*LMBP*) 16 insignis *HM*

4 distinctione, suo quaeque ordine redderemus. inseruimus et pleraque
differenter congruentia, ut si nihil aliud, saltem varietas ipsa legentium
fastidio mederetur. inter haec hominum et aliorum animalium naturas
expressimus. addita pauca de arboribus exoticis, de extimarum gentium
formis, de ritu dissono abditarum nationum, nonnulla etiam digna
5 memoratu, quae praetermittere incuriosum videbatur quorumque aucto-
ritas, quod cum primis industriae tuae insinuatum velim, de scripto-
ribus manat receptissimis. quid enim proprium nostrum esse possit,
cum nihil omiserit antiquitatis diligentia, quod intactum ad hoc usque
aevi permaneret? quapropter quaeso, ne de praesenti tempore editionis
huius fidem libres, quoniam quidem vestigia monetae veteris persecuti
6 opiniones universas eligere maluimus potius quam innovare. ita si
qua ex istis secus quam opto in animum tuum venerint, des velim
infantiae meae veniam: constantia veritatis penes eos est quos secuti
7 sumus. sicut ergo qui corporum formas aemulantur, postpositis quae
reliqua sunt, ante omnia effigiant modum capitis, nec prius lineas
destinant in membra alia, quam ab ipsa ut ita dixerim figurarum arce
auspicium faciant inchoandi, nos quoque a capite orbis, id est ab
urbe Roma principium capessemus, quamvis nihil super ea doctissimi
auctores reliquerint, quod in novum praeconium possit suscitari, ac
8 supervacuum paene sit relegere tramitem decursum tot annalibus. ne
tamen prorsus dissimulata sit, originem eius quanta valemus perse-
quemur fide.

RCNH LM(B) SAP

---

1 quoque *HM* 2 uarietas saltim *A* 3 fastido H^a 4 *post* arb. *ins.* et lapidibus *III* (*AP*), et de laudibus *M* estimarum *R* 6 iniuriosum H^1 (?) quorumque] quorum *S* 7 quod .... uelim] quod ante omnia dimittere in pectus tuum uelim *III* ($N^2L^2Q^2AP^2$, *hic praescribens:* glosa est) 7 industria *M* insinuatam *M* de] a N^2 8 manat receptissimis (receptimis *R*)] r. m. H^a pr. nostr. esse possit (potest *M*)] afferre nouum possimus (possumus *A*) *III* (N^2AP^2) 9 amiserit *I* (*RCNS*) in tantum *N*(?)*S* 11 libris *N*(?)*S* uniuersas *om. P* 13 ex] et *N* secus] sequutus H^a, secus nam uia N^a in animum tuum (*om. H*) uenerint] acceperis *III* (AP^2) 14 constantia] *I* ($RCNHSAP^1$), nam constantia *II* ($LMBP^2$) 15 ergo] ergo hi *III* (*SA*) postpositis q. r. sunt *om.* P^1 16 efficiant M^1 lineam *C* 17 in *om.* C^1 ad ipsam *M* arte *B*, arcem *M* 18 inchandi H^a a *om. II* (*LMP*) 19 capessimus *C* quamvis] quamlibet N^2A doctissimi auctores reliquerint] reliqui fecerint auctores doctissimi *III* (N^2P^2) 20 in *om.* L^aH^a nouum pr.] *I* (*RCNHSA*)*B*, notuum pr. *M*, nouum nostrum praeconium *II* (LP^1), pr. subitum *III* (N^2P^2) 21 praelegere *M* nec *S* 22 prosequemur *H* *de subscr. praefationis vide praef.*

IGN. Sunt qui videri velint Romae vocabulum ab Euandro primum 1, 1
datum, cum oppidum ibi offendisset, quod extructum antea Valentiam
dixerat iuventus Latina, servataque significatione inpositi prius nominis,
Romam Graece Valentiam nominatam. quam Arcades quoniam habi-
tassent in excelsa parte montis, derivatum deinceps, ut tutissima
urbium arces vocarentur. Heraclidi placet Troia capta quosdam ex 2
Achivis in ea loca ubi nunc Roma est devenisse per Tiberim, deinde
suadente Rome nobilissima captivarum quae his comes erat, incensis
navibus posuisse sedes, struxisse moenia et oppidum ab ea Romen
vocavisse. Agathocles scribit Romen non captivam fuisse, ut supra 3
dictum est, sed Ascanio natam Aeneae neptem appellationis istius
L. 3, 65 causam fuisse. ‖ traditur etiam proprium Romae nomen, verum tamen 4
vetitum publicari, quoniam quidem quo minus enuntiaretur caerimo-
niarum arcana sanxerunt, ut hoc pacto notitiam eius aboleret fides
placitae taciturnitatis, Valerium denique Soranum, quod contra inter- 5
dictum eloqui id ausus foret, ob meritum profanae vocis neci datum.
inter antiquissimas sane religiones sacellum colitur Angeronae, cui 6
sacrificatur ante diem XII k. Ian.: quae diva praesul silenti ipsius
praenexo obsignatoque ore simulacrum habet.

RCNH LM(B) SAP

v. 1 sunt — 4 nominatam: *similia Ateius apud Serv. Aen.* 1, 273 *et ex historia Cumana Fest. p.* 266 *v. Romam* 5 derivatum — vocarentur: *inde Isidorus* 15, 2, 32 6 Heraclidi *cf. Müller fr. hist. Graec.* 3 *p.* 168 10 Agathocles *cf. Müller fr. hist. Graec.* 4 *p.* 290.

---

2 offendisset] effodisset N^2 extraneum *A* 4 habitassent] nominassent *R, post* montis *A* 6 uocaretur *RC* 7 archiuis *H*, achiois *M* 8 captiuaram *N*, capitauarum *S* eis *H* 9 struxisse] *I* (*RCNH*), instruxisse *II* (*LM^bBSAP*, instuxisse M^a) 10 romén *cum apice, ut infra p.* 4, 5 megalén, *L* ab] et ab *M* uocasse *H* scribet *M* fuisse *post* est *A* ut *om. M* 11 ascanio *I* (*RNHSA*, asscanio *C*), ab ascanio *II* (*LMBP*) neptam *A* 12 uerum tamen uetitum (uentitum *S*, ue∗tilum *R*)] *I* (*RCNHSA*), et uerum magis quod numquam in uulgum uenit sed uetitum *II* (*LMB et sic, sed* et uerum magis *et* sed *supra v., P*) 13 enuntiarentur *S*, inclaresceret (-rent P^2) *III* (AP^2) 14 sanxerint *S*, sansisent N^2 notiam N^a 15 placide *H* 16 eloquii id *S*, eloquium (*om.* id) *H*, id eloqui *III* (*AP*) datum] destinatum N^2Q^2 17 angerona *M* 18 die *R* XII klm ianrum *L similiterque ceteri libri* ipsius] *I* (*RCNHSA*), istius *II* (*LMBP*) 19 simulchrum *H* habens *RC*

1, 7 ‖ Ambiguitatum quaestiones excitavit, quod quaedam ibi multo IGN.
ante Romulum culta sint. quippe aram Hercules, quam voverat, si
8 amissas boves repperisset, punito Caco patri Inventori dicavit. qui
Cacus habitavit locum, cui Salinae nomen est: ubi Trigemina nunc
porta. hic, ut Gellius tradidit, cum a Tarchone Tyrrheno, ad quem
legatus venerat missu Marsyae regis, socio Megale Phryge, custodiae
foret datus, frustratus vincula et unde venerat redux, praesidiis amplioribus occupato circa Vulturnum et Campaniam regno, dum adtrectare
etiam ea audet, quae concesserant in Arcadum iura, duce Hercule qui
9 tunc forte aderat oppressus est. Megalen Sabini receperunt, disci-
10 plinam augurandi ab eo docti. suo quoque numini idem Hercules
instituit aram, quae maxima apud pontifices habetur, cum se ex Nicostrate, Euandri matre, quae a vaticinio Carmentis dicta est, inmortalem conperisset. consaeptum etiam, intra quod ritus sacrorum, factis
bovicidiis, docuit Potitios, sacellum Herculi in Boario foro est, in quo
11 argumenta et convivii et maiestatis ipsius remanent. nam divinitus
neque muscis illo neque canibus ingressus est. etenim cum viscerationem sacrificolis daret, *Myiagrum deum dicitur inprecatus, clavam
vero in aditu reliquisse, cuius olfactu refugerunt canes: id usque nunc
12 durat. aedem etiam, quae Saturni aerarium fertur, comites eius con-

RCNH LM(B) SAP

---

1 *ante* ambiguitatum (-tem *A*) *ins. rubricae loco* (*pro textu A*) de temporibus urbis conditae *libri praeter R et v. vacuo relicto P* multa *M*
2 cultura *A* sint] RCL^1 (si * *) *BP*, sit NHL^2SA aram] *I* (*RCSA*, ara *N*, harum *H*), ante aram *II* (*LMBP*) herculis *II* (*LMBA*) nouerat RP^1
3 dictauit *S* 4 casus MN^a sabinae C^2 ibi *M* 5 gellius] *II* (*LMBP*), cellius *I* (*RCNHSA*), *male* Caelius *edd. nec huc pertinet locus Strabonis* 5, 230 tradidit] *I* (*RCNS*), tradit *II* (*LMBPA*) *H* a] ad *NS*, *om.* H^a tharcone *RCLBS*, tharchone *C*, tarco * ne *N* tyreno *RN*, * * terrheno L^1 6 missus *RCNSM*, iussu *H* migale *R* frege *M* 7 reduxit *RBA* 8 uulturnam *M* adtrectare (adtractare *N*) et. ea aud.] adtractat (adtrectat *P*) etiam ea *III* (*AP*) 10 tunc] tum *I* (*RCNHS*) ad * era * t *L* est *om. A* megalem *MA* disciplina *R* 11 doctis *R*, edocti *H*, dicti *NS* nomini *M* herculis *M*
12 nicostrata *RC* 13 mare M^a 15 ouicidiis L^1, bibicidiis *M* potitios] *II* (L^1MP, poticios *B*), poetitios *I* ($RCNH^bL^2S$, poetios H^a, poeticios *A*) sacellum] *I* (*RCNHSA*), hoc sacellum *II* (*LMBP*) bouario *A* 16 conuiuii et] *II* (N^2LMBAP), conuiuiae *I* (N^1S, conuiae *H*, conuiuia *RC*) remanent] *CHLMP*, remanet *RNS*, remanerent *A* 17 uisceratione *R* 18 sacrificolis daret] *II* (*MP*, sacricolis daret *LBA*), sacrificiilidaret *I* (*RN*, sacrificii litaret *CHS*) myagrum *NLMA*, miagrum *RHS*, migarum B^2P, muscarum *C*, onagrum B^1 clauem S^2, clauim *H* 19 auditu *R*, a * ditu *M* olfactu] *I* (*RCNHSA*), olfactum *II* (*LMBP*) refugierunt *A* 20 etiam *S*

IGN. diderunt in honorem Saturni, quem cultorem regionis illius cogno-
verant extitisse. iidem et montem Capitolinum Saturnium nominave-
runt. castelli quoque quod excitaverunt portam appellaverunt Satur- 1, 13
niam, quae postmodum Pandana vocitata est. pars etiam infima
Capitolini montis habitaculum Carmentae fuit, ubi Carmentis nunc
fanum est, a qua Carmentali portae nomen datum. Palatium nemo 14
dubitaverit quin Arcadas habeat auctores, a quibus primum Pallan-
teum oppidum conditum: quod aliquamdiu Aborigines habitarunt,
propter incommodum vicinae paludis, quam praeterfluens Tiberis fecerat,
profecti Reate postmodum reliquerunt. sunt qui velint a balatibus ovium 15
mutata littera, vel a Pale pastorali dea, aut ut Silenus probat a Palantho
Hyperborei filia, quam Hercules ibi conpressisse visus est, nomen
monti adoptatum.

Sed quamquam ista sic congruant, palam est prospero illi augurio 16
deberi gloriam Romani nominis, maxime cum annorum ratio faciat
cardinem veritati: nam, ut adfirmat Varro auctor diligentissimus, 17
Romam condidit Romulus, Marte genitus et Rea Silvia, vel ut non-
nulli Marte et Ilia: dictaque primum est Roma quadrata, quod ad
aequilibrium foret posita. ea incipit a silva quae est in area Apol- 18
linis, et ad supercilium scalarum Caci habet terminum, ubi tugurium
fuit Faustuli. ibi Romulus mansitavit, qui auspicato murorum funda-
menta iecit duodeviginti natus annos, XI k. Mai., hora post secundam
ante tertiam [plenam], sicut L. Tarruntius prodidit mathematicorum
nobilissimus, Iove in piscibus, Saturno Venere Marte Mercurio in scor-

RCNH LM(B) SAP .

v. 6 Palatium — 8 conditum *compilavit Isidorus* 15, 3, 5   11 Silenus *Müller fr. hist. Gr.* 3, 100.

---

1 honore *II* (*LMBP*)   cultores *R*   agnouerunt *A*   2 idem *RCLBAP*, item *NHS*   capitolium *SA*   3 excitauerat *A*   portem *M*   saturnam *H*^{a} 4 uocata *H*   5 carment(a)e *libri* (ae *in litura L*), Carmentis *Salm.* *ante* ubi (ubi et *A*) *ins.* habitaculo carmentis aquae carmentalis porta dicta *M*   6 datum] datum est *CN*^{2}*SAP*   7 arcades *A*   pallantem *M*   8 conditum *om. L*   ab origine *SA*   habitarunt] *N*^{1}*LS*, habitauerunt *H*, habitarunt et *RC*, habitatum *N*^{2}*MBP*, habitauit *A*   9 praeter] propter *H*   10 rate *R*, reatiae *M*   11 pela *M*   ut *om. RM*   a *om. C*^{1} palantha *CS*^{2} 12 hobyrperperei *R*, yperbone *H*   herculus *M*   14 ita *P*   15 deberit *M*   r. n. gl. *III* (*AP*)   16 ueritatis *C*   17 marte g. matre *H*   rea] *RCNS*, rhea *LAP*, hea *HM*, hera *B*   ut *om. H*^{a} 18 primum est] est pr. *RC*   19 aequilibrum *CM*   incipit a] in cipria *H*   20 tugirium *M*   21 auspicatu *M*   22 annis *RC*   secundum *H*   23 plenam] *II* (*LMBP*^{2}), *om. I* (*RCNSAP*^{1}, uel *H*)   lucius *NL*^{2}*MSAP*, *om. RCHL*^{1}(?)*B*   tarruntius] *NLMSA*, taruncius *B*^{2}, tarrantius *R*, arruntius *HP*, terentius *B*^{1}, *om. C*   prodit *H*

19 pione, Sole in tauro, Luna in libra constitutis. et observatum dein- IGN.
ceps, ne qua hostia Parilibus caederetur, ut dies iste a sanguine
purus esset, cuius significationem de partu Iliae tractam volunt. idem
20 Romulus regnavit annos septem et triginta. de Caeninensibus egit
primum triumphum et Acroni regi eorum detraxit spolia, quae Iovi
Feretrio primus suspendit et opima dixit. rursum de Antemnatibus
triumphavit, de Veientibus tertio. apud Caprae paludem nonis Quin-
tilibus apparere desiit.
21 Ceteri reges quibus locis habitaverunt, dicemus. Tatius in arce,
ubi nunc aedes est Iunonis Monetae: qui anno quinto quam ingressus
urbem fuerat a Laurentibus interemptus est. septima et vicesima olym-
piade hominem exivit. Numa in colle primum Quirinali, deinde propter
aedem Vestae in regia quae adhuc ita appellatur: qui regnavit annis
22 tribus et quadraginta: [sepultus sub Ianiculo]. Tullus Hostilius in
Velia, ubi postea deum Penatium aedes facta est: qui regnavit annos
23 duos et triginta, obiit olympiade quinta et tricesima. Ancus Marcius
in summa sacra via, ubi aedes Larum est: qui regnavit annos quat-
24 tuor et viginti, obiit olympiade prima et quadragesima. Tarquinius
Priscus ad Mugoniam portam supra summam novam viam: qui regnavit

RCNH LM(B) SAP

v. 7 apud — 8 desiit *ex* Solino in collectaneis *citant ad Lucan.* 1, 197 *scholia codicis Wittiani vix aetatis antiquae* 9 Tatius — 12 exivit *ex* Solino in collectaneis vel polyhistore *citat Priscianus* 1, 28; *item ex* Solino in collectaneis *idem* 10, 50; Tatius hominem exivit *ex* Solino in memorabilibus *idem* 18, 213; postquam Tatius hominem exivit *ex* Solino *idem* 18, 174.

1 in libra] libra *I* (*RCNS*) 2 quam *R* 3 patu *H* iliae] die *A* tractum *H* 4 regnauit *om. R* annis *H* de caeninensibus] *II* (*LM*, de caeniensibus P^1, decem mensibus *B*), de caninensibus *I* (*RCNHSA*), de caninis P^2 5 atroni *M* 6 opima N^a rursus *RC* antennatibus *H* 7 beientibus *R*, begentibus *C*, uelentibus *M* capriae MP^1, capree BP^2 padule *R* quintibus *N* 8 conparere P^1M desiuit *A* 9 ceteris H^a regis *M* quibus l. habitauerunt (-rint *Salmasius*) dicemus] q. h. dic. loc. *A* arthae *M* 10 aedes (*vel* aedis) est] *I* (*RCNHS*) *Prisc.*, est aedes (*vel* aedis) *II* (*LMBAP*) quam] *I* (*RCNHSAP*) *Prisc.*, postquam *II* (*LMBP*^{2}) 11 interemptus est] *II* (*LM*) *Prisc.*, interemptus *I* (*RCNH*^{2}*SA*) *B*, interfectus * * H^1 septima — 12 exiuit *haec verba suo loco mota esse, cum pertineant ad Numam, vidit Bröckerus hist. Rom. p.* 521, *at ibi ubi nunc leguntur repperit ea iam Priscianus; auctor collocavit vel certe collocare debuit post* tribus et quadraginta 12 exiuit] *II* (*M*^{2}*AP*, ex * uit *L*) *H Prisc., qui propter hoc voc. citat,* exuit *I* (*RCNS*) M^1B pr. in colle *H* 13 quae] qui *S* qui *om. H* 14 sep. sub ianiculo] *II* (*LMBAP*), *om. I* (*RCNHS*) tullius *HLB* 15 uenilia *R* 16 tricesima] xlma *LBP* (*non M*) 17 annis *H* laurum *M* annis *NHS* 18 uiginti] xxx P^1 primus *H* 19 magoniam H^a, mugontiam A noua *R* regnat *M*

IGN. annos septem et triginta. Servius Tullius Esquilinus supra clivum 1, 2
Urbium: qui regnavit annos duos et quadraginta. Tarquinius Super- 26
bus et ipse Esquilinus supra clivum Pullium ad Fagutalem lacum: qui
regnavit annos quinque et viginti.

Cincio Romam duodecima olympiade placet conditam: Pictori 27
octava: Nepoti et Lutatio opiniones Eratosthenis et Apollodori com-
probantibus olympiadis septimae anno secundo: Pomponio Attico et
M. Tullio olympiadis sextae anno tertio. conlatis igitur nostris et
Graecorum temporibus invenimus incipiente olympiade septima Romam
conditam, anno post Ilium captum quadringentesimo tricesimo tertio.
quippe certamen Olympicum, quod Hercules in honorem atavi materni 28
Pelopis ediderat, intermissum Ifitus Eleus instauravit post excidium

RCNH LM(B) SAP et ad locum 11 quippe — p. 8,1 octavo [*R*]*QF* 4. 7—15. 17. 18. 20—24. 26. 28—36. 38—64. 66. 68—90. 92—97. 99—105. 108—110. 112—117. 120—123. 125—132. 134—139. 141—144. 148—152. 154—158 (*deficiunt G.* 98. 111. 133).

---

1 uiii et xxx *A* seruilius *H*, seruus N^a esquilinus] *II* (*LMBP*)*H*, esquilinis *I* (*RNSA*, exquilinis *C*) supra cliuum .... esquilinum *om. P* 2 urbium] *II* (*LMB*) *H*, orbium *I* (*CNS*, oruium *R*), olbium *A* regnat *M* annis *RC* quadraginta] xxx *II* (*LMB*) 3 esquilinus *II* (L^1, esquilius *M*, esquilinius HL^2B), esquilinis *I* (*RCNSA*) fagutalem] *A*, facutalem *II* (*LMBP*), facudalem *I* (*RCNH*, fagudalem *S*) 4 regnat *M* annis *NHSA*, ann̄ *RC* 5 duodecim *S* 6 octabam *R* nepote *A* et luctatio *R*, et lucatio *BA*, educatio *H* erantosthenes et apollodori *R* opiniones] *I* (*RCNHSA*), opinionem *II* (*LMBP*) 7 olympidis N^a, olimpiade *M* 8 m.] men *R* olympiades *N* sextae] uii *M* 10 captam *R* 11 quippe] post 126, postea 130, quippe post 34. 39^2. 44. 81. 102. 117. 148. 150 A. 155. 156, quippè cum 58 A. *post* certamen 15 certamen] certamur 129^1, *om.* 78 olympicum] -piacum Q^1 (?). 8. 14^2. 31. 38. 44. 45. 46. 58. 61. 68. 81. 99^b. 102. 103. 117. 126. 148. 149. 150 A. 155. 156, -piam 151 quod *inter* olympi *et* cum *M* in honorem *om.* 74^1, in honore *Q.* 11^1. 30. 36. 42. 48. 50. 53. 64. 74. 75. 76. 90. 94. 97. 101. 123. 131. 149 ataui] attaui *passim*, actaui 12. 13. 33, atani 130, atraui 129, ottaui 46 materni] materne 89^a. 99, maternis 90, *om.* 38. 58^1. 130 12 pelopis] polopis 94, pellepis 32^1. 59, pelopi 90, pelonis 38. 78. 130. 137. 148, pelonis uel pelopis 81 ediderat] constituerat 8^2 intermissum] intermiss 152, intermissus 78, intermiserat 34 at *ins.* 39^2 ifitus (*sive* iphitus, yphitus, yfitus, hyphitus) N^2LMQP. 7. 8. 9. 10. 14. 15. 17. 20. 21. 22. 23. 24^2. 25 A. 28. 31. 33. 34. 35. 39^2. 41^2. 43. 45. 46. 47. 49. 55. 56. 58 A. 61. 63. 64. 68. 69. 72^2. 73. 74. 75. 76^2. 77. 79. 88. 89. 92. 93. 95. 96. 99. 102. 103. 104. 105. 108. 109. 112. 116. 117. 120^a. 122. 128. 134. 136. 138. 139. 141. 143. 150. 151. 152. 154. 158, infitus 135, iphiclus 44. 126. 150 A. 157, iphiatus 110, iptus 59, ab ifito 40^2. 70, insitus 57. 71, picus *R*[*R*]CHN^b (p * i * cus N^a, *videtur fuisse* priscus) SB^2 4. 11. 12. 13. 18. 26. 29. 30. 32. 36. 38. 39^1. 41^1. 42. 48. 50. 51. 52. 53. 54. 58. 60^2. 62. 66. 76^1. 78. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 90. 94. 97. 101. 113. 114. 115. 121. 123. 125. 127. 129. 130. 131. 137. 142. 148. 149. 155, picus ifitus 100, istius AFB^1 40^1. 132. 144, picus filius iphiclus eius 156, *inc.* 24^1, *om* 72^1 eleus (*sive* elaeus)]

Troiae anno quadringentesimo octavo. ergo ab Ifito numeratur olympias prima. ita sex mediis olympiadibus interiectis, quibus singulis anni quaterni inputantur, cum septima coeptante Roma condita sit, inter exortum urbis et Troiam captam iure esse annos quadringentos IGN.
1, 29 triginta tres constat. huic argumento illud accedit, quod cum C. Pompeius Gallus et Q. Veranius urbis conditae anno octingentesimo primo fuerint consules, consulatu eorum olympias septima et ducentesima actis publicis adnotata est. quater ergo multiplicatis sex et ducentis olympiadibus erunt anni octingenti viginti quattuor, quibus septima olympiade adnectendus primus annus est, ut in solidum conligantur anni octingenti viginti quinque. ex qua summa detractis quattuor et viginti annis olympiadum retro sex, manifeste anni octingenti et unus
30 reliqui fient. quapropter cum octingentesimo primo anno urbis conditae ducentesima septima olympias conputetur, par est Romam septimae olympiadis anno primo credi conditam.
31 In qua regnatum est annis ducentis quadraginta uno. decemviri creati anno trecentesimo secundo. primum Punicum bellum anno *quadringentesimo octogesimo nono, secundum quingentesimo tri-

RCNH LM(B) SAP

$N^2Q^2AF^1P^1$. 15. 25 A. 40^2. 45. 57. 71. 73^2. 75. 76^2. 94. 96. 122. 132. 144. 150. 158, aelius 34, al(a)eus 60. 73^1. 88, elaus 139, odeus 46, filius *R*[*R*] 18. 24. 40^1. 49. 63. 77. 79. 120. 128, filius eius *$CN^1HLMQ^1SP^2F^2$*. 4. 7. 8. 9. 11. 12. 13. 14. 17. 20. 21. 22. 23. 26. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 35. 36. 38. 39. 41. 42. 43. 44. 47. 48. 50. 51. 52. 53. 54. 58. 60^v. 61. 62. 64. 66. 68. 69. 72. 74. 76^1. 78. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 89. 90. 92. 93. 95. 97. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 108. 109. 110. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 121. 123. 125. 126. 127. 129. 130. 131. 135^2. 136. 137. 138. 141. 142. 148. 149. 150 A. 151. 152. 155. 156 (*vide supra*). 157, eius filius 10. 58 A, filius herculis *B*, eleus filius eius 55. 56. 134. 154, filius eius eleus 143, filius eius aleus 59, filius istius eleus 70, *om.* 135^1 instaurauit] restaurauit 68 post] primo 129^1, primo post 129^2

1 litoribus *S*. litteralibus *M* 2 ioui [*H*] usitatum **H* 3 creter *S* dian. rel. uen.] r. u. d. *P*, cerimoniose u. d. *A* brittomartem *G*, critomartem *R* (*marg.*) 4 ducem *P: βριτὺ Cretensibus esse γλυκὺ ait Hesychius* 5 ea] e *G* 6 daedali (sedali H^a, edali H^b) . . . . 7 tauri *om.* C^1 7 cortynam *L*, cortinam *MG* l(a)en(a)eus *plerique,* lenneus *H*, lineus *A:* Lethaeus *Salmasius* quo] quod *I* (*RNHS, deficit margine resecto* C^2) 8 gortinii *H*, gortini *AP*, cortyni *M*, cortini *LG* uectitam *NHS* iidem] id est *G* gortinii *HS*, gortini *AP*, cortyni *M*, cortini LG^1 adymnum colunt] *A*, adymnum (adhymnum *LP*, adymni *RC*) colunt adymnum (adhymnum *LP*) *RCNHLMSP*, adhininum colunt adymnum colunt *G* europem C^b 9 memoratur P^2 10 iam] ia *I* (*RCN*[?]*S*) augustiore] $CNSP^2$, angustiori $LMGP^1$, angustiore *RHA* se] set *M* cnosii] *RCN*, gnosii *reliqui* 11 ciuem] auem *H* deam] de eam *M* que *om. LMG* audacter c. a. contendunt] affirmant *A* 13 egit *M* 14 nusquam] *I* (*RCNHA*, nus *S*), numquam *II* (*LMGP*) 15 solis *P* 16 parte] *cave scribas* Tarra *cum Bentleio epist. ad Millium p.* 29 17 herbam *NS* alimo N^a 18 et *om. P* falangium *I* (*RCNS Leid.*) *cum Plinio*, phalangio *A*, sphalangio *II* (*LMG*), sfalangium [*H*], sphalamgion *P:* spalangos (*corr. in* sfalangos, *acc. plur.*) *Isidori codex Vossianus* araneae] *I* (*RCN*HS*, (h)aren(a)e *II* (*LMG*), aranei *III* (*AP*) est *om.* [*H*] quaeres [*H*] 19 ictuum *RC*, ictu **H* interfecit *M*

11, 14 ‖ lapis quoque Idaeus dactylus dicitur insulae isti familiaris, coloris PL. 37, 1
ferrei, humano pollici similis. ‖ avem noctuam Creta non habet et PL. 10, 7
si invehatur, emoritur.
15 ‖ Carystos aquas calentes habet (Ellopias vocant) ‖ et carystias aves PL. 4, 64. IG
quae flammas inpune involant: carbasa etiam quae inter ignes valent.
‖ Chalcis eadem habita est apud priscos, ut Callidemus auctor est, aere PL. 4, 64
16 ibi primum reperto. ‖ Titanas in ea antiquissime regnasse ostendunt IGN.
ritus religionum: Briareo enim rem divinam Carystii faciunt, sicut Ae-
gaeoni Chalcidienses: nam omnis ferme Euboea Titanum fuit regnum.
17 ‖ Cycladas autumant inde dictas, quod licet spatiis longioribus a PL. 4, 65
Delo proiectae, in orbem tamen circa Delum sitae sunt, et orbem cyclon
Graii loquuntur. ‖ Chios Homeri tumulo ceteras antecedit. IGN.
18 ‖ Meminisse hoc loco par est post primum diluvium Ogygi tem- PL. 4, 66
poribus notatum, cum novem et amplius mensibus diem continua nox *auct.*
inumbrasset, Delon ante omnes terras radiis solis inluminatam, sorti-
tamque ex eo nomen, quod prima reddita foret visibus. ‖ inter Ogy- IGN.
19 gum sane et Deucalionem medium aevum DC annis datur. ‖ eadem PL. 4, 66
est Ortygia quae clarissima in Cycladum numero multifarie traditur: *auct.*
nunc Asteria a cultu Apollinis: nunc a venatibus Lagia vel Cynetho:
Pyrpile etiam, quoniam et ignitabula ibi et ignis inventa sunt.
20 ‖ In hac primum visae coturnices aves, quas ortygas Graeci vo- IGN.
cant. has easdem in Latonae tutela aestimant constitutas. | nec semper PL. 10, 6
cf. 61

RCNH LMG(B) SAP; Anon. Leid. (l. c.) ad 3 emoritur
v. 10 Cycladas — 12 loquuntur *compilavit Isidorus* 14, 6, 19 *v.* 13 post primum — 16 visibus *compilavit Isidorus* 14, 6, 21 17 eadem est Ortygia *repetit Isidorus* 14, 6, 21 *v.* 21 in hac — 75, 1 aestate depulsa *compilavit Isidorus* 12, 7, 64. 14, 6, 21.

1 lapi *N*[a] dactib * * *C*[1], dactibus *C*[2] familiaris] alumnus *A* 2 ferreis *RC* 3 inueniatur **HS*[2]*M* caristus *A* 4 ellopias] *II* (*LMG*, hellopias *P*), tellopias *I* (*RCNS*, quas tellopias *H*, et tellopias *A*) caristeas *H* 5 etiam quae] etiam *I* (*RCNHS*) ualet *H* 6 chalcise *C*[a] priscus *M* callidem *G*, calledemus *H* 7 atiquissime *R*[1] 8 regionum *CN* briario *II* (*LMGAP*) caristi *LMG* 9 chalcidienses] calcidientes *H*, chalcidenses *M*, chalcidinses *L* eubia *M* 10 quod licet] autumant *S* 11 urbem *M* et *om. A* cichoin *G* 12 graii] *LMP*, grai *RCNHSA*, gra *G* loquuntur] ferunt *AP*[a] chios (cyos *H*) *libri*, Ios *Salmasius* tumulum *I* (*RC*[1]*NHS*)*M* 13 est] et *S* ogygii *C*[b], ogygy *S* 14 notandum *H* et *om. A* 15 delos *P*[2] omnis *N* 16 uiribus *S* ogicum *M*, ogigium *C*, ogicium *G* 17 et *om. H* 18 est] est et *A* in] est in *A* cycladum] c. insularum *II* (*LMGP*) mult.] quae mult. uocata *A* 19 asteria] *I* (*RC*) *et II* (*LMGP*), austeria *I* (*NHSA*) cultura *A* uenantibus *M* langia *H* 20 pyrpile] *RCL*, pyrpyl(a)e *NMSP*, pyrpilae *G*, pirpile *A*, parpilae *H* et ignitabula ibi et ignis] de ignitabulis semina ibi ignis *A*, de ignitabulis seminalbi *P*[2] 21 hanc *H* ortygas] *CN*, ortigas *RS*, ortygias *GA*, ortigias *HLMP* 22 eadem *A*

IGN. apparent: adveniendi habent tempora aestate depulsa. || cum maria
tranant, impetus differunt et metu spatii longioris vires suas nutriunt
L. 10, 65 tarditate. || ubi terram persentiscunt, coeunt catervatim, deinde glo- 11, 2
batae vehementius properant. quae festinatio plerumque exitium portat
navigantibus: accidit enim noctibus, ut vela incidant et praeponderatis
L. 10, 66 sinibus alveos vergant. || austro numquam exeunt, nam metuunt
vim flatus tumidioris. plurimum se aquilonibus credunt, ut corpora
pinguiuscula atque eo tarda facilius provehat siccior et vehementior
spiritus. ortygometra dicitur quae gregem ductitat: eam terrae pro- 22
ximantem accipiter speculatus rapit ac propterea opera est universis,
ut sollicitent ducem generis externi, per quam frustrentur prima dis-
L. 10, 69 crimina. || cibos gratissimos habent semina venenorum, quam ob 23
causam eas damnavere prudentium mensae. solum hoc animal praeter
hominem morbum patitur comitialem.
PL. 4, 63 || Euboea tam modico aestu dividua est a Boeotiae continente, ut 24
dubitandum sit, an numerari inter insulas debeat: nam latae quam
vocant terrae ponte iungitur et per fabricam brevissimae machinae
aditur pede. Cenaeo promunturio vadit in septentrionem, duobus
aliis in meridiem extenditur: quorum Geraestos spectat Atticam, Ca- 25
IGN. phereus prominet in Hellespontum. || ubi post Ilii excidium Argivam

RCNH LMG(B) SAP
v. 9 ortygometra — 14 comitialem *compilavit Isidorus* 12, 7, 65.

---

1 habent] enim h. *H* 2 impetu *R* differtur *A* 3 consentiscunt *H* cateruatim] *II* (*LMGAP*), aceruatim *I* (*RNHS*, acerbatim *C*) dein *A* conglobatae *I* (*RCNHS*) 5 accidit enim] accedit tamen *M* noctibus] in n. *II* (*LMGP*[2]) incedant *M* praeponderatis] inpulsis *AP*[2] 6 aluos *G* uergant] (*RCNHS*) *et II* (*LMGP*), *quod quamquam Plinius habeat* mergunt nauigia, *retinendum esse censet Oudendorpius ad Appuleium met.* 9, 179 *et tuetur item Vahlen adnotans praeponderandi vocabulo, quod Plinius non ponit, vergendi notionem melius convenire quam mergendi,* inuertant *III* (*AP*[2]) astro *G* 7 fatus *N*[a] *fortasse* umidioris: umido et graviore vento *Plinius* plurimo *RC*, plurimus *N* se] de *NHS* 8 pinguiscula *NS* otygometra *N*[a], ortygomatra *S*, ostigometra *G*, orgometra *M* quae] quem *NS* eam] eandem *A* 10 speculatus *om. H*[a] 11 quam] *plerique cum Isidoro*, quem *HP* frustrentur] *M*[b]*AP*, frustentur *reliqui* 13 causam] causas in *S* praeter] prae *G* 14 morbem *M* comitiale *N* 15 euboea tam] eubiata *M* (*index* eubia), euboea (*om.* tam) *LG* a *om. H* continenti *RCNH*, continentem *A* 16 sit] si *C*[a], sit si *C*[b] an] ad *N* 17 ponto *A* 18 auditur *G*, adicitur *H* pedes *A* c(a)eneo *L*[2]*MGSAP*, cheneo *RCNH*, caeleo *L*[1] septentriones *H* duobus alis *R*, duabus alis *H* 19 meridie *L* quarum *H* geraestos] generatos *RCH*, generatus *N* caphereus] cafereus *L*, caphareus *H*, cath(a)ereus *SA* 20 ilii] alium *R* archiuam *P*

classem vel Minervae ira vel, quod certior prodit memoria, sidus Arc- IGN.
turi gravibus adfecit casibus.
11, 26 ‖ Marmore Paros nobilis, Abdelo oppido frequentissima: prius PL. 4, 67
tamen Minoia quam Paros dicta: ‖ nam subacta a Minoe, quoad in IGN.
27 Creticis mansit legibus, Minoiam loquebantur. ‖ praeter marmor dat PL. 37, 10
et sardam lapidem, qui marmore quidem praestat, inter gemmas vero
28 vilissimus ducitur. ‖ Naxon a Delo duodeviginti milia passuum separant, PL. 4, 67
in qua Strongyle oppidum: sed Naxos Dionysias quam Naxos prius
dicta, ‖ vel quod hospita Libero patri ‖ vel quod fertilitate vitium vin- IGN. PL. 4, (
29 cat ceteras. ‖ sunt praeterea Cyclades plurimae, sed in supra dictis PL. 4, 68
30 praecipuum est quod memoriae debeatur. de Sporadibus est Icaros
quae Icario mari nomen dedit. ‖ haec inter Samum et Myconum PL. 4, 51
‖ procurrentibus saxis inhospita ac nullis sinibus portuosa ob inhumana IGN.
litorum infamis est. vult ergo Varro Icarum Creten ibi interisse nau-
31 fragio et de exitu hominis inpositum nomen loco. nam in Samo
nihil nobilius quam Pythagoras civis, qui mox offensus fastu tyrannico
relicta domo patria Bruto consule, qui reges urbe exegit, Italiam ad-
vectus est.
32 ‖ Melos, quam Callimachus Memallida dixit, omnium insularum PL. 4, 70 col. SOL. 6, 8
rotundissima, est iuxta Aeoliam. ‖ nam Carpathus, a qua Carpathium PL. 4, 71

RCNH LMG(B) SAP

v. 3 prius tamen — 7 ducitur *compilavit Isidorus* 14, 6, 29. 16, 8, 2 *v.* 7 Naxon — 9 vincat ceteras *compilavit Isidorus* 14, 6, 27 *v.* 11 Icaros — 15 nomen loco *compilavit Isidorus* 14, 6, 26 *v.* 19 Melos — 20 rotundissima est *compilavit Isidorus* 14, 6, 28 20 Carpathus — 77, 1 dicimus *compilavit Isidorus* 14, 6, 24.

---

1 prodiit *H* 2 adficit *M* 3 marmores *M* nobiles *S* frequentissimae *M* 4 miia *R*[a] minoe] mynoe *A*, nimoe *S*, mineo *G* 5 minciam *SA*, minoeam *M* loquebatur *G* praeterea *RCH*, propterea *N* marmora *SA* 6 lapdem *H* marmori *H*, marmor et *M* 7 uerissimus *L* dicitur *HLMG* naxon a] naxono *S*, naxo a *A* delon *C* seperant *N* 8 dionysios *P*[2], dioiunisias *C*[1] 9 hospitali *M* libero] libus (?) *C*[a] 11 de speradibus *G*, destporadibus *L*[1], de strophadibus *HL*[2], de stropadibus *P*[2] est] est et *I* (*RCNHS*) 12 mari *om. G* sanum *N* micorium *A* 13 tortuosa *R* inhumanum *H* 14 est *om. LG* creten] cretem *S*, cretae *A*, cretensem *H cum Isidoro* naufragio int. *SA* 16 nob. nih. *SAP* cius *R*[a], ciues *N* 17 patria bruto] patri abrupto *M*: patria *suspectum, tuetur Vahlen adlegans locum c.* 27, 44 quae domus Callimachi poetae fuit patria exigit *L*[1], exiit *M* aduentus *G* 18 est *om. S* 19 memallida] *I* (*RCNHS*), memallidam *II* (*LMGP*), menallida *A* 20 rotundissimam (*om.* est) *A* ecliam *G*, aeliam *N* carpathus] carpathusa *I* (*RCNS*)*M*, carpadusa *A* carphatium *RCN*

'. *cf.* PL. sinum dicimus. ‖ numquam ita caelum nubilum est ut in sole Rhodos
, 71. 72 non sit. Lemnii Vulcanum colunt, ideo in Lemno metropolis ‖
PL. 4, 72 Hephaestia. praeterea oppidum Myrina, in cuius forum mons Athos in **11**, 33
Macedonia umbram iacit. quod non frustra inter miracula notaverunt,
L.2,2,10 cum Athos a Lemno VI et LXXX milibus passuum separetur. ‖ est sane
Athos sublimis adeo, ut altior aestimetur qnam unde imbres cadunt.
quae opinio in eo fidem concipit, quod in aris quas cacumine sustinet numquam cineres eluuntur nec quicquam ex aggeribus suis perdunt, sed quo relicti cumulo permanent. in summo eo oppidum 34
Acroton fuit, in quo dimidio longior quam in aliis terris incolentium
SOL. aetas prorogabatur: ‖ ideo inde homines macrobios Graeci, nostri appellavere longaevos.
PL. 4, 75 ‖ Quartus Europae sinus Hellesponto incipit, Maeotis ostio terminatur. atque omnis haec latitudo, quae Europam Asiamque dividit, **12**, 1
in septem stadiorum angustias stringitur. hic est Hellespontus: hac 2
Xerxes ponte navibus facto permeavit. tenuis deinde euripus porrigitur ad Asiae urbem Priapum, qua magnus Alexander potiundi orbis
PL. 4, 76 amore transcendit et potitus est. ‖ inde diffusus aequore patentissimo

RCNH LMG(B) SAP
v. 1 numquam — Rhodos non sit *expressit Priscianus v.* 533. 534
v. 3 in cuius — 6 cadunt *compilavit Isidorus* 14, 8, 10 *v.* 14 omnis haec — 78, 2 transportavit *compilavit Isidorus* 13, 16, 3.

---

1 unquam *P* rhodus *N*, rothos *A*, radius *C* 2 lemnio *H* 3 (a)ephestia *RCNLMGP*, efestia *HSA* 3 praeterea] prae ea *N* oppidum *om. M* myrrina *CNLMGA*, murrina *R*, myrrhina *P*, mirrhina *H*, myrrhna *S* foro *HSAP*[1] atho *S* in macedonia] *II* (*LMG*), in macedoniam *I* (*RCNH*), e macedonia (machedoniam *S*) *III* (*SAP*) 4 iacet *G* 5 lxxx] lxx *H cum Isidoro* est] et *I* (*RCNHA*) 6 altior (altiora *M*) . . . cadunt] *I* (*RCNH*) *et II* (*LMGP*[1]) *cum Mela*, nubes superuadat *III* (*SAP*[2])*:* altius etiam quam unde imbres surgunt *Mela*, altior nubibus *Isidorus* 7 in eo] eo *P* concepit *LMG* aris] ris *L*[1] cac.] in cac. *SAP* sustinent *G*[1] 8 namquam *M* eluuntur] eluantur] *SP*, eleuantur *A* ne *GS* quicquid *H* perdunt] perdant *SAP* 9 quo] *N*[1]*LMG*, quod *RCN*[2], in quo *SAP*, *om. H* relictui *RCN*, relictu *G* cumulo permanent (-neant *P*)] fuerint modo maneant *SA* eo *om. SA* oppido *G* 10 acroton] *I* (*CNSA*, acraton *R*, carocon *H*), agroton *II* (*LMG*, agronton *P*)*:* acroahon *Melae lib. Vat.*, agrothon *vel* agrathon *libri Plinii* 4, 37 quo in *S* dimio *N* in al. terr. incolentium] alias terras incolentibus *SA* 11 aestas *G* prerogabatur *S*[2], porrogabatur *M* macrobios] *RCNLP*, marobios *H*, matrobios *G*, machrodios *M*, macrochios *A*, machroios *S* 13 hellesponte *GS* meotis *RCNHLM*, moetis *G*, meotidis *SAP* 14 haec omnis *G* 15 hac] ac *RC*[1], has *L*[1]*MG*, quem *C*[2]*L*[2]*:* quo *Isidorus* 16 xerses *C*[2]*S*, xerse *H*, serxes *M* euripius *P*[1], europus *H*[a] 17 quam *NGS* potiendi *H* 18 potitus] potius *M*, pontius *S* inde] exin *H* patentissima *L*[1]

rursus stringitur in Propontidem: mox in quingentos passus coartatur PL.
fitque Bosphoros Thracius, qua Darius copias transportavit.
12, 3 ‖ Haec profunda delphinas plurimos habent, in quibus causae SOL.
miraculi multiformes. ‖ ante omnia nihil velocius habent maria, PL. 9, 20
‖ sic ut plerumque salientes transvolent vela navium. quoquo eant, coniuges PL. 9, 21. 2
4 evagantur. catulos edunt: decimus mensis maturum facit partum:
lucinam aestivus dies solvit: uberibus fetus alunt: teneros in fau-
cibus receptant: invalidos aliquantisper prosecuntur. ‖ in tricesimum PL. 9, 22
annum vivunt, quod exploratum est in experimentum caudis amputatis.
‖ ora non quo ceterae beluae loco habent sed ferme in ventribus. ‖ PL. 9, 20
contra naturam aquatilium soli linguas suas movent. ‖ aculeatae sunt PL. 9, 23 PL. 9, 25. 8, 9
5 pinnae dorsuales: cum ira subiacet, inhorrescunt: cum animi conquie-
verint, quibusdam receptaculis operiuntur. ‖ spirare eos in aquis PL. 9, 21. 2
negant et vitales auras nonnisi in aëre supero recuperare. ‖ pro voce PL. 9, 23
gemitus est similis humano. certum habent vocabulum quo accepto
6 vocantes secuntur: nam proprie simones nominantur. ‖ voces homi- PL. 9, 30
num aquilonis flatu celerius hauriunt: contra austro spirante auditus
obstruuntur. ‖ mulcentur musica: gaudent cantibus tibiarum: ubicum- PL. 9, 24. 2
7 que symphonia est, gregibus adventant. divo Augusto principe in Cam-
pania delphina puer fragmentis panis primo inlexit, et in tantum con-
suetudo valuit, ut alendum se etiam manui ipsius crederet. mox cum

RCNH LMG(B) SAP

v. 4 nihil — 5 navium *compilavit Isidorus* 12, 6, 11 *v.* 15 certum — 19 adventant *compilavit Isidorus* 12, 6, 11.

---

1 proponditen *H* 2 bosphoros] *P,* bosforos *RCNLMGSA,* bosforus *H* trachius *RN,* drarius *G* transfretauit *S* 3 habet *N* 4 miraculis *R* multiformis *NSA* 5 transuolant *SP*¹ quoquo eant] *A,* quoquo eunt *MS,* quo coeant *LGP,* quo eant *I* (*N,* coeant *C*¹, coeunt *RC*²*H*) 6 euangantur *N* catulus *M* edent *L* decima *A* naturum] mensurum *H* 7 estiuum *S* uberius *H* fauces *SA* 9 uiunt *N* amputatu • *N* 10 non *om. H* loco *om. A* ferme in] *III* (*SAP*) *cum Plinio:* medio paene in ventre, in (*om.* ferme) *reliqui* uentrabus *G* 11 suas *om. SAP* aculatae *S* 12 pinnae] *NSA,* pennae *reliqui* conquieuerunt *RCNSAP,* cum quieuerit *M* 13 eos *om. R* 13 aures *R,* inc. *C*¹ recuperare *II* (*MA*², recuperari *L,* rerecuperare *G,* reciperare *A*¹*P,* recipere *S*), respirare *I* (*RCNH*) 15 humono *N* certo *SA* habet *C*¹*N* uocabulom *N* quo] co *M* 16 uocantis *N* sinomones *II* (*LMGP*¹) uocis *N* 17 celerus *G,* celeriter *R* 18 obstruunt *C*¹ musica] *II* (*LMGP*), a musico *I* (*RCH,* a • music • *N*), a musica *SA* canticis *R* 19 aduertant *G* 20 delphina] *scripsi,* delphinam *RCNMAP*², delfinam *HS,* delphinem *LGP*¹ primo] prior *H* 21 manu *NHMGSA*

PL. profluxisset puerilis audacia, intra spatia eum Lucrini lacus vectitavit:
unde effectum, ut a Baiano litore equitantem puerum Puteolos usque
veheret. hoc per annos plurimos tamdiu gestum, donec assiduo spec- **12**, 8
taculo desineret miraculum esse quod gerebatur. sed ubi obiit puer
sub oculis publicis desiderii maerore delphin interiit. pigeret hoc ad-
severare, ni Maecenatis et Fabiani multorumque praeterea esset litteris
PL. 9, 26 conprehensum. ‖ in Africo mox litore apud Hipponen Diarrhytum 9
delphin ab Hipponensibus pastus est tractandumque se praebuit, im-
positos quoque frequenter gestitavit. nec populi tantum manibus acta
res est: nam etiam pro consule Africae Flavianus ipse eum contigit,
unguentis etiam delibuit: qua odoris novitate obsopitus aliquantisper
pro exanimi iactitatus est multisque mensibus descivit a solita conver-
PL. 9, 27 satione. ‖ apud Iasum urbem Babylonem puerum delphinus adamavit, 10
quem dum post adsueta conludia recedentem inpatientius sequitur,
harenis invectus haesit. Alexander Magnus amorem illum numinis
fuisse interpretatus praefecit puerum Neptuni sacerdotio. iuxta ean- 11
dem urbem, ut Hegesidemus auctor est, alium puerum Hermian no-
mine per maria similiter insidentem cum undosior fluctus necavisset,

RCNH LMG(*B*) *SAP*

1 profluxisset] *II* (*LMGP*^{1}), prolusisset *I* (*RCNSA*, proluxisset *P*^{2}, proluisset *H*) puerulis *S* euectitauit ude *H* 2 affectum *G* a baiano] ab iano *R* equitatem *C*^{a} puerulum *H* perueheret *SA* 4 esse mir. *SA* ubi obiit] ubiit *M* 5 publicis] publicis p̄b (*sic*) *M* desiderii maerore] *RCNHLMG*, desiderio eius *S*, desiderio *A*, desiderio eius merore *P* delphinis *R*, delfinus *HP*^{2} piget *RC*^{1}*H* 6 ni maecenatis] ni macenatis *M*, enim acenatis *L* fauiani *RCH*, fabiam *M* praeterea] praecetera *L*^{1} 7 africo] *CNHLMGP*^{1}, afrimo *R*, africano *SAP*^{2} hipponen] *NSA*^{2}, hypponen *LG*, ypponen *RC*, hyponen *M*, ypponem *H*, hipponem *P*, hippon *A*^{1} diarritum *LMG*, diarrhutum *S*, diarrutum *A*, diariton *P*, diaphytum *RC*, diaphitum *H*, dyaphytum *N* 8 delfinus *H* hipponensibus] *NMS*, ipponensibus *AP*, ypponiensibus *H*, yppenensibus *R*, ipponiensibus *C*, hypponiensibus *LG* pastus est *om. II* (*LMG*) impositus *M* 9 quoque] que *G* gestauit *H* manibus (nauibus *M*) a. r. e.] acta res est man. *H* 10 proconsule] proconsul *C*^{2}*SAP* flauianos *L*^{1}, flauiarum *A* 11 ungentis *RC* dilibuit *N*, diliuit *S* qua] *II* (*LMGP*), qui *I* (*RCNHSA*) adsopitus *L*, obsopitos *N* aliquantisper] diu *SA* iactitatus] *II* (*LMGP*), iactatus *I* (*RCNHSA*) desciuit] desiuit *SAP*^{2} solida *L* 13 diasum *L* babyloniae *S*^{2} 14 assuetam *R* recedente *R* 15 inuentus *N* haesit] *I* (*RCNHSAP*), inhaesit *II* (*LM*, inesit *G*) amore *SA* nominis *M* 16 neptuni] *I* (*CNHSAP*, neptum *R*), legi (lege *MG*) neptuni *II* (*LMG*) sacerdotium *L*^{1} iuxta] iux *M* 17 uti *H* hezessidimus *LMG*, haegzesidemus *P* hermian (heruiam *LM*, hermam *G*) nomine *om. H* 18 undusior *N*, odosior *P*^{1} nacauisset *G*, necauissent *M*

delphin ad terram revexit et velut fateretur reatum, paenitentiam suam PL.
12, 12 morte multavit nec reverti voluit amplius in profunda. ‖ suppetunt PL. 9, 28
et alia exempla, ut Arionem transeamus, cuius exitum annalium con-
probavit fides. ‖ ad haec si quando lasciviunt novi fetus, a maioribus PL. 9, 33
datur adultior custos, quo magistro discant eludere impetus incursan-
13 tium beluarum: ‖ quamquam ibi praeter phocas rara belua est. ‖ plu- PL. 9, 50. 47
rimus thynnus in Ponto, nec alibi paene fetificant: nusquam enim
citius adulescunt, scilicet ob aquas dulciores. ingrediuntur veris tempore
‖ intrant dextero litore, laevo exeunt: hoc inde accidere credunt quod PL. 9, 50
dexteris oculis acutius cernant quam sinistris.

13, 1 ‖ Hister Germanicis iugis oritur, effusus monte qui Rauracos Galliae PL. 4, 79
aspectat. sexaginta amnes in se recipit ferme omnes navigabilis. ‖ IGN.
septem ostiis Pontum influit: quorum ‖ primum Peuce, secundum Na- PL. 4, 79
racustoma, tertium Calonstoma, quartum Pseudostoma; nam Borionstoma
ac deinde Spilonstoma ‖ languidiora sunt ceteris, septimum vero pigrum IGN.

RCNH LMG(B) SAP

v. 6 quamquam — 7 thynnus *adhibuit Isidorus* 13, 16, 4 *v.* 8 ingrediuntur — 10 sinistris *compilavit Isidorus* 12, 6, 14 *v.* 11 Hister — 81, 4 sapore *exscripsit Dicuil* 6, 35; *similia Ammianus* 22, 8, 44—46 *v.* 11 Hister — 13 influit *compilavit Isidorus* 13, 21, 28.

---

1 delfinus *H*, delphini P^1, delphinis P^2 fatetur L^1, faceretur *M* 2 mortem *R* multauit] mutauit L^1, finiuit SAP^2 profundo LSP^1 3 aliae *S* transeam *S* cuius exitum] de quo SAP^2 anninalium *S* comprobauit] comprobat *H*, probauit *SA* 4 si quando *om. G* lasciuium L^1 a] e *P*, *om. R* 5 adultior] *II* (*LMGP*), adultior gregi *SA*, adulto *H*, adulto gregi *RCN*: parvos semper aliquis grandior comitatur ut custos *Plinius* custos quo m. discant *om. M* 6 ibi] *RCNLMG*, in ponto *SAP*, *om. H* phocas] opes L^a rara sit belua *SAP* plurimos *M* 7 thynnus *om. A* f(a)eticant *NG*, foeticant *LM* numquam *H* 8 ob aquas dulciores] ab aquas dultiores *G*, ab aquis dulcioribus *SAP* ingrediuntur] in (*vel* l) labuntur *SA contra Isidorum* 9 intrant (intran M^a)] *reliqui cum Isidoro, om. I* (*RCNH*) dextro *HSA* inde] deinde *H* accedere *M* 10 dextris *HGSA*, exteris R^aN acutius] aucius S^1, caut (*vel* c) ius S^2A sinitris *N* 11 germanicus *N* montes *R* qui] quem *A* rauracus *LMG*, raucacos *P* 12 aspectant *A* recepit *M Dic.* (*Dresd.*) lx] quadraginta *H* nauigales *R* 13 iostiis *N* naracustoma] *I* (*RCN Dic.*, naracostoma *H*) *II* (*L*, narratcustoma *G*), narecustoma *SAP* 14 colonstoma *G* *post* calonstoma *ins.* ac deinde stenostoma *III* (*SA*): *vide infra ad v.* 15 quartum pseudostoma] *I* (*RC Dic.*) *III* (psendostoma *A*, q. psedostoma *S*) *cum Ammiano* (pseudostomon *cod. Vat.*) *et Ptolemaeo* 3, 10, 6, quartum speudostoma (-mon P^2) *II* (*LMGP*) *et NH cum Plinii* 4, 79. 82 *libris* nam *II* (*LMGP*) *III* (*SA*) *cum Ammiano, om. I* (*RC*, quintum *H Dic.*, a *N*) borionstoma] *I* (*RCNH Dic.*) *III* (*A*, boriomstoma *S*) *cum Ammiano* (*cod. Vat.*), boriostoma *II* (*LMGP*) 15 ac deinde spilon (spolim M^a) stoma] *libri plerique et Dic.*, sextum spilonstoma ac deinde *H* [*quod natum*

. 4, 79 ac palustri specie non habet quod amni comparetur. ‖ priora quattuor ita magna sunt, ut per longitudinem quadraginta milium passuum non misceantur aequori dulcemque haustum incorrupto detineant sapore.

8, 109 13, 2 ‖ Per universum Pontum fiber plurimus, quem alio vocabulo dicunt castorem. lytris similis est, animal morsu potentissimum, adeo ut cum hominem invaserit, conventum dentium non prius laxet quam concrepuisse persenserit fracta ossa. testiculi eius adpetuntur in usum medellarum: idcirco cum urgeri se intellegit, ne captus prosit, ipse geminos suos devorat.

37,179 3 | Mittit Pontus et gemmas, quas a patria Ponticas dicimus genere diverso: aliae aureas, aliae sanguineas habent stellas, et hae quidem inter sacras habentur: nam quae ostentationi potius quam usui deliguntur, non guttis aspersae sunt, sed longis colorum ductibus liniantur.

.. 4, 88 .2, 1, 7 14, 1 ‖ Hypanis oritur inter Auchetas ‖ Scythicorum amnium princeps, purus et haustu saluberrimus, usque dum Callipidum terminis inferatur, ubi fons Exampaeus infamis est amara scaturrigine: qui Exam-

RCNH LMG(B) SAP

v. 9 cum urgeri — 10 devorat: *similia Ammianus* 17, 5, 7 *v.* 11 mittit — 13 habentur *compilavit Isidorus* 16, 12, 4 *cf.* 16, 15, 26.

---

ac deinde
est ex dittographia sextum spilonstoma], ac deinde stoma (*om.* spilon, *superscr.* uel stenon) *P, umiliterque* ac deinde spilon (*superscr.* stenon) stoma *Q:* stenostoma *Ammianus;* spireonstoma *libri Pliniani; debuit esse* psilonstoma *testibus Ptolemaeo* 3, 10, 4, *Arriano peripl.* 31. 35, *Anon. peripl. ponti Eux.* 63 uero *om. LG*

1 anini *G,* anni *HL* priora] primora P^1, prima ora *SA* 2 ita] adeo *SA* quadraginta] quadringenta *RC Dic.,* quadringinta *N* milia *HP,* milibus *A* 3 ducemquae *Dic.* (*Dr.*) haustu GP^2, austro *M* incorrupto] inconsumpto *pro gl. supra v. R et sic N Dic.* detineat *H,* detinent *SA Dic.* 4 saporem GP^2 5 portum *RC* plurimos *M* uocabulo] nomine (*superscr.* uel uocabulo) *A* 6 castoram *G* lytris] lytri *RC,* lystri *N,* lustri *H,* inystri *A,* listris P^2 simile *A* 7 inuaserit] $RCHS^2A^t$, inuasit $NLMGS^1A^vP$ quem P^1 8 eius *om. G* usu *N* 9 urgueri *RNMG* prosit] possit *S* 11 patria] pratri *M* 12 aliae (*bis N*) aur.] quippe al. aur. *SAP* stellas] stillas *LMG* hae] *MGA,* e *L,* eae R^bC^1NSP, ea R^a, haee *H,* haece C^2 13 ostentatione *H* 14 non guttis .... liniantur (*sic A,* limantur *S,* liniuntur *plerique*) *om. MG:* lineas habet *Plinius,* lineatae *Isidorus* 15 hyspanis *NA* auchetas] aucetas *HG,* auchaetas *SA* scythicorum] scythicorum (ti *superscr.*) (*sic*) *R,* scythiticorum *C,* scitiorum *H* principes M^a 16 austro *M* callipodum *NSAP contra Melam eiusque auctorem Herod.* 4, 52 17 infamis est amara (ima *H*) sc. q. exampaeus *om. G*

paeus liquido admixtus fluori amnem vitio suo vertit, adeo, ut dissimilis
14, 2 sibi in maria condatur. ‖ ita inter gentium opiniones fama de Hypane SOL.
discordat: qui in principiis eum norunt, praedicant, qui in fine ex-
perti sunt, non iniuria execrantur. PL. 4, 8
15, 1 ‖ Apud Neuros nascitur Borysthenes flumen, ‖ in quo pisces egregii MEL. 2,
saporis et quibus ossa nulla sunt nec aliud quam cartilagines tener-
2 rimae. ‖ verum Neuri, ut accipimus, *statis temporibus in lupos trans- MEL.2,1
figurantur: deinde exacto spatio, quod huic sorti adtributum est, in
3 pristinam faciem revertuntur. populis istis deus Mars est: pro simu-
lacris enses coluntur: homines victimas habent. ‖ ossibus adolent ignes MEL. 2,1
focorum. ‖ Geloni ad hos proximant. de hostium cutibus et sibi in- MEL.2,1
dumenta faciunt et equis suis tegmina. ‖ Gelonis Agathyrsi conlimitan- MEL. 2,1
tur, caerulo picti, fucatis in caerulum crinibus, nec hoc sine differentia:
nam quanto quis anteit, tanto propensiore nota tinguitur, ut sit in-
dicium humilitatis minus pingi.
4 ‖ Post Anthropophagi, quibus execrandi cibi sunt humana viscera: MEL.2,1
‖ quem morem impiae gentis adiacentium terrarum prodit tristissima PL. 6, 5
solitudo, quas ob nefarium ritum finitimae nationes metu profugae
reliquerunt. ea causa est, ut usque ad mare quod Tabin vocant per
longitudinem eius orae, quae aestivo orienti obiacet, sine homine terra

RCNH LMG(B) SAP

v. 5 apud Neuros — 9 revertuntur *exscripsit Dicuil* 7, 52 *v.* 5 apud Neuros — 83, 1 ad Seras: *similia Ammianus* 31, 2, 13—15. 23 *cf.* 22, 8, 31 *v.* 5 Borysthenes — 6 tenerrimae *compilavit Iordanes Get.* 6, 46.

---

1 fluore *H*, flori *RC*[1] desimilis *M* 2 condat *RCHL*[1]*M* inter gentium] intellegentium *S* hypane] *RNM*, hipane *LP*, ypane *CH*, ipane *G*, hype *S*, yspane *A* 3 qui] quia *M*[a] princispiis *H*[1] 4 non] non sine *RC* iniuriam *S*, iniuriae *M* 5 neutros *MP*[1] borysthenes] *RLM*[b]*P*, boristhenes *CGM*[a] *Dic.*, borystenes *A*, boristenes *NHS* in *om. N* pices *N* 6 nulla *om. M*[a] cartillagines *RC*, cathilagines *G*, cartalagines *N* tenerissimae *R*, tenerae *SA* 7 neuiri *S*, neutri *MP*[1] accipimus] *RCL*[1]*MGSA Dic.*, accipiamus *N*, accepimus *HL*[2]*P* statis] *Salmasius ex Mela:* Neuris statum tempus est, aestatis (aetatis *H*[a]) *libri et Dic.* tempore *H* 8 deinde *om. M* adtributum] ortributum *Dic.* (*Dr. Par.*) 9 pristinas facies *H* istis] isti *L*[1] 10 coluntur] colunt *HP*[2] homies *R*[a] 11 gelonii (-niis *C*[a]) *libri* proximi *SA* 12 eques *G* gelonis (-niis *RHL*[2]*M*[b]*AP*) ag. conl. *om. G* fugatis *N* 13 in caerulum] sincerum *NH* criminibus *N* hoc] haec *RCNH* 14 anteit] altero praestat *SA*, altero praestat ante id *P* propensore *G* 15 pingui *M* 16 exesecrandi *L*, exegregandi *M*[a], exsegregandi *M*[b] sunt cibi *C* 17 tristissima *om. SA* 18 ob] aut. *P* metu (*om. H*) profugae *om. SA* 19 ea] et ea *H* (*LMGP*) ut] et *H* tabin] *RCNHP*, thabyn *A*, tabim *S*, tybin *L*, tubin *MG* 20 obiacet] adiacet (-cent *H*[a]) *H*

,54. IGN. sit et inmensa deserta, ‖ quoad perveniatur ad Seras. ‖ Chalybes et 15, 5
Dahae in parte Asiaticae Scythiae crudelitate ab inmanissimis nihil
L. 6, 38 discrepant. ‖ at Albani in ora agentes, qui posteros se Iasonis credi
L. 7, 12 volunt, ‖ albo crine nascuntur, canitiem habent auspicium capillorum:
ergo capitis color genti nomen dedit. glauca oculis inest pupula:
ideo nocte plus quam die cernunt.
8, 149 ‖ Apud hos populos nati canes feris anteponuntur, frangunt tau- 6
ros, leones premunt, detinent quicquid obiectum est: ex quibus causis
meruerunt etiam annalibus tradi. legimus petenti Indiam Alexandro a 7
rege Albaniae duos missos, quorum alter sues sibi et ursos oblatos
usque eo sprevit, ut offensus degeneri praeda ignavo similis diu accu-
baret: quem per ignorantiam velut inertem Alexander extingui impe-
ravit. alter vero monitu eorum qui donum prosecuti fuerant ‖ leonem
8, 150 missum necavit: mox viso elephanto notabiliter exultans beluam pri-
mum astu fatigavit, deinde cum summo spectantium horrore terrae
SOL. adflixit. ‖ hoc genus canes crescunt ad formam amplissimam, terri-
ficis latratibus ultra rugitus insonantes. haec sunt de canibus Al- 8
8, 142 banis: reliqua communia universis. ‖ dominos aequaliter omnes canes
diligunt, sicut exemplis patet. in Epiro denique domini percussorem
8, 143 in coetu agnitum latratu canis prodidit. ‖ Iaso Lycio interfecto canis

RCNH LMG(B) SAP
v. 2 in parte Asiaticae — 8 premunt *compilavit Isidorus* 9, 2, 65. 14, 3, 34 § 7 *expressit Priscianus v.* 707—709 *v.* 18 dominos — 19 diligunt *compilavit Isidorus* 12, 2, 26.

---

1 et *om. RCNH* deseta R^a quod ad *M* seres *LG* 2 dahae] *II* (*LMGP*), dach(a)e *I* (*RCNHSA*) 3 albini *G* agentes] *II* (*LMGP*), gentes *I* (*RCNSA*, gentis *H*) postero N^a 4 albo] cano SAP^2 canitiem] niciem *G* 5 ego H^a pupula] *RNLP*[1] *et codd. quidam Isidori*, popula *G*, pupilla $CHMSAP^2$ 8 premunt] *I* (*RCNH*) *et II* (*LGH*, premum *M*), perimunt *III* (*SA*): ut tauros premant, leones perimant *Isidorus*, *ut vel in eius libro utraque lectio fuisse videatur* quicquic *S* obi. est] obieceris *SA* quibus ex *SAP* 10 oblatos] oblatus *N*, et oblatos L^1, ablatos *H*, albatos *G* 11 offensos *S* similes diues acc. *M* 12 quem per] per quam *A* imperauit] praecepit *H*, iussit *SA* 13 uero alter *S* monito *M* fuerant] *I* (*RCH*), fuerunt *II* (*LMGP*)*N*(?), erant *III* (*SA*) 14 elephante *G*, elefonto *S*, elepanto *N* notabiliter] nota in lite *H* primo *RCNHA* 15 astu] haustu *R* expectantium *LMG*, sepectantium *S*, *om. H* terrae *om.* R^a 16 adfixit *MG* hoc genus canes] *CN*, hoc genus canis *LMG*, hoc genere canes *R*, horum generum canes *H*, hoc genus canum *SAP* crecit *G* firmam *N* 17 ultra] ut *NH* ruditus P^2 18 domnos *A et ita semper* omnes *om. SA* 19 exemplis] omnibus ex. *H* patet] palam factum est *SA* domini *om. H* 20 in coetu] in conuentu *Plinius* iaso] *RCNLMGPS*, laso *A*, iasone *H cum Plinio*

15, 9 ipsius aspernatus cibum inedia obiit. Lysimachi regis canis flammae se PL.
iniecit accenso rogo domini et pariter igni absumptus est. ‖ Garaman- PL. 8, 142
tum regem cc canes ab exilio reduxerunt proeliati adversus resistentes.
‖ Colophonii et Castabalenses canibus in bella ductis primas acies in- PL. 8, 143
10 struebant. ‖ Ap. Iunio P. Sicinio cos. damnatum dominum canis, cum PL. 8, 145
abigi non posset, comitatus in carcerem, mox percussum ululatu pro-
secutus est: cumque ex miseratione populi Romani potestas ei cibi
fieret, ad os defuncti escam tulit: ultimo deiectum in Tiberim cadaver
11 adnatans sustentare conatus. ‖ canes soli nomina sua recognoscunt, PL. 8, 146
itinerum meminerunt. ‖ Indi coitus tempore in saltibus religant canes PL. 8, 147
feminas, ut cum his tigrides coeant, quarum ex primis conceptibus
ob nimiam feritatem inutiles partus iudicant, itidem secundos, ter-
12 tios educant. ‖ Aegyptii canes e Nilo numquam nisi currentes lam- PL. 8, 148
bitant, dum a crocodilis insidias cavent.
13 ‖ Inter Anthropophagos in Asiatica parte numerantur Essedones MEL. 2, 1, 9
qui et ipsi nefandis funestantur inter se cibis. Essedonum mos est pa-
rentum funera prosequi cantibus et proximorum corrogatis coetibus
corpora ipsa dentibus lancinare ac pecudum mixta carnibus dapes fa-
cere: capitum etiam ossa auro incincta in poculorum tradere mini-
sterium.

RCNH LMG(B) SAP
v. 9 canes s. n. s. r. *compilavit Isidorus* 12, 2, 26.

---

1 flammae] flammis *SAP* 2 inlecit *M* rogo domini] R^2*NLMG* (cibum .... domini et *in litura* R^2), rogo domino *CH*, domini (domni *A*) rogo *SAP* et p. igni absumptus (assumtus *G*, adsumptus *NLP*) est *om. SA* garamantem *H* 3 regem *om. G* proelianti *N*, praeliantes *H* aduersum *SAP* 4 colofoni *RCNSA*, colofinii *M* castaualenses *RC*, castabadenses *P*, castabalentes *N* ductis] ductus L^1, productis *SAP* primae *M* 5 sicinio] **nio R^a, siccinio *H*, sycinio *A*: *debuit esse* Silio consule *G*, consule* L^1 6 cum canis *A* non] no *N* possit *S* ululatum *S*, ululato *M* persecutus LP^1 7 populi romani] populo romano *G*, populi *NSAP* 8 fierent *R*, fuerit *M* deiectum] inde deiectum *H*, adiectum *N* 9 adnans *SA*, adnotans *M* sustentare conatus] *CNMG*, sustinere con. *H*, sustentare con. est *RSAP*, *om. L* solis H^a 10 indi] in *R* relegant *RNLMP* 11 ex] in *RC* 12 idem *M* secundus *N*, sccundo *M* tertius *M* 13 (a)egypti *CN*, egipti *R* e nilo canes *A* 14 a *om. H* crocodilis] *N*, crocodillis R^b*CGSAP*, corcodillis R^a(?)*LM*, corcodrillis *H* 15 antropostagos *H* essedones] essedonos *G*, *inc.* L^1, *om.* L^2 16 ipsi] ipse H^a, si P^1 nefandis *om. H* funestantur (funerantur *M*) inter se c.] cibis polluuntur *SA*, cib. poll. f. i. s. c. *P* essedonium *G* 17 cant. pros. *SAP* voet. corrog. *SA* 18 corpora] *reliqui cum Mela*, cadauera *III* (*SA*) lancinare] *II* (L^2*MGP*, lanciare L^1), laniare *I* (*RCNHSA*) ac pec. m. c.] pecudumque carnibus (canibus *S*) m. *SA* 19 auro uincta *Mela*

..2,1,11 ‖ Scythotauri pro hostiis caedunt advenas. Nomades pabula se- 15,
cuntur. Georgi in Europa siti agros exercent. Asiatae perinde in
..2,1,10 Europa siti neque mirantur aliena neque sua diligunt. ‖ Satarchae
usu auri argentique damnato in aeternum se a publica avaritia vin-
..2,1,12 dicarunt. ‖ Scytharum interius habitantium asperior ritus est: specus 15
incolunt: pocula non ut Essedones, sed de inimicorum capitibus mo-
liuntur: amant proelia: interemptorum cruorem e vulneribus ipsis
bibunt: numero caedium honor crescit, quarum expertem esse apud
IGN. eos probrum est: haustu mutui sanguinis foedus sanciunt ‖ non suo 16
tantum more, sed Medorum quoque usurpata disciplina. bello deni-
que, quod gestum est olympiade nona et quadragesima, anno post
Ilium captum sescentesimo quarto, inter Alyatten Lydum et Astyagen
L. 6, 16 Mediae regem, hoc pacto firmata sunt iura pacis. ‖ Colchorum urbem 17
Dioscuriadem Amphitus et Cercius aurigae Castoris et Pollucis con-
diderunt, a quibus Heniochorum gens exorta est.
6, 17.19 ‖ Ultra Sauromatas in Asia sitos, qui Mithridati latebram et quibus 18

RCNH LMG(B) SAP

v. 1 Scythotauri — 2 exercent *adhibuit Isidorus* 14, 3, 32 *v.* 13 Colchorum — 15 exorta est: *similia Ammianus* 22, 8, 24; *compilavit Isidorus* 15, 1, 40.

1 namades *S* papula *N* sequitur *H* 2 georgii *I* (*RCNHSA*) siti] positi *H* exercunt *NS* asiatae] *RCNHMSP*, asyatae *A*, assiatae *G*, a * siatae *L:* Asiacae *Melae liber Vat. ut libri Pliniani* 4, 82; Axiacae *Salmasius; cf.* Πασιάκης *Ptol.* 3, 5, 11 *et* Ἀξιάκης *Ptol.* 3, 5, 18. 3, 10, 14 proinde *S*, deinde *M* 3 siti] positi *H* neque] seque *M* satharcae usu] satharcheus *N*, satharcei *H* 4 dampnatos *H* a] ac *H* uindicarunt] *II* (*LMGP*[1]), uindicauerunt *I* (*RCNH*), abdicauerunt *III* (*SAP*[2]) 5 pecus *H* 6 procula *N* essedones] dones *L*[2] capitibus .... interemptorum *om. G* 7 cruore *RS* 8 bibunt] uiunt *N* numerum *N* caedium] caedi * * *L* expertum *G* 9 eos] iudeos *R* probrum] probum *NH*, probatum *M*, prob * * * *L*, profanum *G* mutui] uiui *H* sanciunt] ·i· firmant *P*[2] 10 bella *M* 11 nono et quadragesimo *S* 12 aliatten *M*, adluattem *R*, adluuatem *CN*, aduatem *H*, aduaten *LGP*[1], alyriten *SA*, aliriten *P*[2] astyagen] *LMP*, astiagen *S*, astragen *G*, astyagem *NA*, astiagem *RCH* 13 facto *LMG*, pactum *S* firmata] confirmata *I* (*RCNH*) iura] uera *R* 14 dioscuriadem] *L*[1]*M*, dioscoriadem *L*[2]*GSP*, dioscoriaden *RCNH*, dyoscoriadem *A* amphitus] ampitus *N: sic Plinio quique ex eo pendent*, Amphistratus *Straboni* 11, 2, 12 *p.* 496 *et Eustathio ad Dion.* 680 *et Iustino* 42, 3, 3 cercius] *RCNL cum Ammiano*, certius *M*, tercius *HS*, circius *GP cum Isidoro*, cirtius *A;* telchius *Plinii codices*, frudius *vel* frandius *Iustini*, Ῥέκας *Strabo et Eustathius* 15 a] e *R* heniochorum] *LMGP*, enioc(h)orum *RCNHS*, enichorum *A* orta *SA* 16 ultro *L* sauromatas] aromata *R* sitos] situs *M*, tos *NH* latebra *RC* quibus originem medi dederunt] *II* (*LMGP*[1]) *cum Plinio*, quibus originem ediderunt *I* (*RCNH*), qui o. medis dederunt *III* (*SAP*[2]): Medorum suboles *Plinius*

originem Medi dederunt, confines sunt Thali his nationibus quas ab oriente PL.
contingunt Caspii maris fauces: quae fauces mirum in modum maciantur
15, 19 imbribus, crescunt aestibus. ‖ Heniochorum montes Araxen, Moschorum PL. 6, 26.
Phasidem fundunt. sed Araxes brevibus intervallis ab Euphratis ortu
20 caput tollit ac deinde in Caspium fertur mare. ‖ Arimaspi circa Ges- PL. 7, 1
clithron positi uniocula gens est. ‖ ultra hos et Riphaeum iugum PL. 4, 8
regio est assiduis obsessa nivibus: Pterophoron dicunt, quippe casus
21 continuantium pruinarum quiddam ibi exprimit simile pinnarum. dam-
nata pars mundi et a rerum natura in nubem aeternae caliginis mersa
ipsisque prorsus aquilonis conceptaculis rigentissima. sola terrarum
non novit vices temporum nec de caelo aliud accipit quam hiemem
sempiternam.
22 ‖ In Asiatica Scythia terrae sunt locupletes, inhabitabiles tamen: PL. 7, 1
nam cum auro et gemmis affluant, grypes tenent universa, alites fero-
cissimi et ultra omnem rabiem saevientes. quorum inmanitate obsis-
tente advenis accessus rarus est: quippe visos discerpunt, velut geniti
23 ad plectendam avaritiae temeritatem. Arimaspi cum his dimicant, ut
intercipiant lapides, quorum non aspernabimur persequi qualitatem. ‖

RCNH LMG(B) SAP

v. 3 Heniochorum — 4 fundunt *compilavit Isidorus* 14, 3, 32 *imperite sic*: habet et flumina magna Oscorum, Phasiden atque Araxen *v.* 4 sed Araxes — 5 mare *compilavit Isidorus* 13, 21, 16 *v.* 13 in Asiatica — 87, 1 dignitatem *compilarunt Priscianus v* 698—703 *et Isidorus* 12, 2, 17. 14, 3, 32. 16, 7, 1.

---

1 thali his] thalii his (hiis *P*)*SAP*, hi aliis *H* 2 caspi *R* quae fauces (facces H^a) *om. S* maciantur] mactantur R^bC, mactatur R^a, metantur *NH*, *bis M* 3 estibis *C* eniochorum *RCNHA* monschorum *G*, oschorum *H cum Isidoro:* Oscorum 4 phasiden *R* breuis *S*, breuiter *H* interualles *L* euphatis R^a, euphrastis *H* 5 arimasri *G*, arimapsi *M* gesclithron] (*γῆς κλεῖθρον*) *Salmasius cum Plinii edd.*, gesolithron *P*, gensclitheron *S*, gensclyteron *A*, gensclithelon *I* (*sic CN*, gentesclithelon *R*, gentesclitelon *H*), gensclithon *II* (*LMG*): gescliton *libri Pliniani* 6 posita *S* unocula *I* (*RCNH*) ripheum *HLMG*, rypheum *A*, ripeum *RC*, rhipaeum *N*, rhipeum *SP* 7 pterophoron] *NHM*, pteroforon *RC*, pterofuron *SA*, ptoerophoron *LGP* 8 similis *S* pennarum RS^2A, paenarum *C* 10 ipsique *P* porsus *N* conceptaculis] *reliqui cum Plinio*, conflatibus SAP^2 rigentissima] rigentis *H* sola] salo *S* 11 accepit *M* quam hiemem] qua gemem *M* 13 asiadicii *S* scyt(h)ica *RN*, scithica *CH* non habitabiles L^2S tamen *om. SA* 14 grypes] NP^1, gripes *HS*, cripes *R*, gryphes AP^2, griphes *C*, grhyphes *L*, ghrypes *M*, ghryphes *G* alites] 'hic et hec ales' *margo R* ferocissimae *A* 16 aduenis] (*om.* diuites) *I* (*RCNHA*, ad uenas *S*) ad uenas diuites *II* (*LMGP*)*:* accessus hominum rarus est *Isidorus* rarus] difficilis ac rarus *SAP* quippe qui *S* discrepunt *LM* 17 ad plectandam *S*, amplectendam *R*, ad amplectendam *H* arimapsi *CMS*, aprimapsi *R* 18 quorum] quo *M* non aspernabimur] conuenit *SA* qualitates *SA*

7, 62 *auct.* smaragdis hic locus patria est, quibus tertiam inter lapides dignitatem
7, 65. 72. 1. 73. Theophrastus dedit: ‖ nam licet sint et Aegyptii et Calchedonii et Me-
L. 37, 62 dici et Laconici, praecipuus est honos Scythicis. ‖ nihil his iucundius,
nihil utilius vident oculi. in primis virent ultra aquaticum gramen, **15**, 24
7, 63. 64 ultra amnicas herbas: ‖ deinde obtutus fatigatos coloris reficiunt leni-
tate, nam visus quos alterius gemmae fulgor retuderit smaragdi re-
creant. nec aliam ob causam placuit, ut non sculperentur, ne offen-
sum decus imaginum lacunis corrumperetur: quamquam qui verus
est difficulter vulneretur. probantur hoc pacto, si aspectus trans- 25
mittant: si cum globosi sunt proxima sibi inficiant aëre repercusso,
aut cum concavi sunt inspectantium facies aemulentur: si neque umbra
neque lucernis neque sole mutentur. optimos tamen sortiuntur situs
37, 65 quibus planities resupina est et extenta. ‖ inveniuntur etesiis flanti- 26
bus: tunc enim detecto solo facillime internitent: nam etesiae pluri-
mum harenas movent. alii minus nobiles in commissuris saxorum
37, 74 vel in metallis aerariis apparent, ‖ quos chalcosmaragdos nuncupant.
37, 68 ‖ vitiosi eorum intrinsecus quasdam sordes habent, vel plumbo vel 27
37, 65. 71 capillamentis vel etiam sali similes. ‖ laudantur austeri. ‖ sed mero

RCNH LMG(B) SAP

v. 17 vitiosi — 88, 1 inbuantur *compilavit Isidorus* 16, 7, 2 *praeterea hoc loco secutus Plinium.*

---

1 zmaragdis *S*, smaragdi *M* hic *om. RCNH* tertia *R* 2 theophratus *M* sint et] sint et et *S*, sint *RH* calchedonii] *CN*, chalchedonii *R*, calcedonii *A*, chalcedonii *plerique* 3 laoconici *M* est honos] *II* (*LMGSP*), est honor *I* (*RCNA*, honor est *H*) his] hiis *N*, *om. M* 4 utilius] uiridius *H* aquaticum gramen] in (*vel* r) rigua gramina *SA* 5 amticas R^a, amnaticas R^b lenitatem RC^1 6 uisos *N* gemine *HG* retruderit *S*, etuerit *R*, retulerit *H* smaragdi *MS* recreant] r. et exacuunt *SAP* 7 ne] non *S* 8 imaginis P^1 uerus] uersus *R* 9 uulneretur] ueneretur *R*, uulneratur *M*, atteritur *SA* transmutant *HA* 10 cum globosi] cum golbosi *P*, conglobosi *HA*, conglobisi *S* proxima (si proxima *SAP*) . . . sunt *om.* C^a percusso *L* 11 concaui] caui M^b, aui M^a inspect.] in inspect. *C* aemulantur *H* si] qui *I* (*RCNHSA*) 12 mutentur] utentur C^a optimo *L* 13 planitius *P* etensiis *R* flatibus *LMG* 14 enim] in *M* 16 chalcozmaragdos *S*, chalcos (calchos *R*) smaragdos *RC* 17 sortes *M* 18 lapillamentis *H* salis *RLBP* laudantur austeris et (*sic M*, austeres et *reliqui*) mero uiridi (uiridique *GB*) *I* (*RCN*) *et II* (*LMGB*), laudantur (lauantur *HA et margo S*) austero mero sed (sed *om. H*) uiridi *III* (*SAP*) *H:* sed mero *corruptum, sed legit iam Isidorus:* smaragdi autem mero et viridi proficiunt oleo, quamvis natura imbuantur *omnino non ex Plinio, sed ex Solino;* qui tamen viri(de)s nasci videntur, quoniam oleo meliores fiunt *Plinius* (*Bamb.*) *quibusdam ut videtur omissis*

15, 28 viridi proficiunt oleo, quamvis natura inbuantur. ‖ et cyaneus e Scythia PL. 37, 119
est, optimus si caerulo coruscabit. cuius gnari in marem et feminam
genus dividunt: feminis nitor purus est, mares punctillis ad gratiam
interlucentibus auratilis pulviculus variat.
29 ‖ Istic et crystallus, quem licet pars maior Europae et particula PL. 37, 23
Asiae subministret, pretiosissimum tamen Scythia edit. ‖ multus ad po- PL. 37, 26
30 cula destinatur, quamlibet nihil aliud quam frigidum pati possit. sexan-
gulus invenitur. ‖ qui eligunt purissimum captant, ne quid rufum, PL. 37, 28
ne nubilum vel spumis obsitum arceat perspicuitatem: tunc ne duritia
31 iusto propensior obnoxium fragilitati magis faciat. ‖ putant glaciem PL. 37, 23
coire et in crystallum corporari: sed frustra: nam si ita foret, nec
Alabanda Asiae nec Cypros insula hanc materiam procrearent, quibus
admodum calor iugis est. ‖ Livia Augusti ad magnitudinem CL librarum PL. 37, 27
inter Capitolina donaria crystallum dedicavit.
16, 1 ‖ Fabulae erant Hyperborei et rumor irritus, si quae illinc ad PL. 4, 91
nos usque fluxerunt, temere forent credita: sed cum probissimi auc-
tores et satis vero idonei sententias pares faciant, nullus falsum re-
formidet. de Hyperboreis rem loquemur. ‖ incolunt pone Pteropho- PL. 4, 89

RCNH LMG(B) SAP
v. 1 et cyaneus — 4 variat *compilavit Isidorus* 16, 9, 7 *cf.* 14, 3, 32
§ 29 *adhibuit Priscianus v.* 704 *v.* 6 multus — 7 possit *compilavit Isidorus* 16, 13, 1 (*cf.* 14, 3, 32) *praeterea hoc loco secutus Plinium.*

---

1 quamuis] quam *R* cyaneus] cyeneus *H*, cyoeaneus *S*, coanus *A* cyanos *Plinii cod. Bamb.*, cyanea gemma *Isidorus* e scythia] *NSAP*, ex-cyt(h)ia *RC*, et scythia *M*, scythia *LG*, *om. H* 2 coruscauit *RC* gnari] ignari *NG*, signari *M* mare *N* 3 punctillis] *I* (*C*[a]*P*[1], punctilis *NS*, punctilibus *R*) *et II* (*LMB*), punctulis *C*[b]*HGP*[2] *cum Isidoro*, punctis *A* 4 auratis *H* puluiculus] *RC*[a]*NHLB*, puluiculis *P*[1], paluisculus *C*[b]*MGAP*[2], puluisculis *S*: auratis puluisculis uarians *Isidorus* 5 istic] astici *N*, est hic *H* 6 sumministrent *M*, sumministrant *SA* syrthia *G* dedit *RC*[1]*N* multos *HLB*, multis *GP* 7 destinant *H* *post* destinatur *ins.* nam fert calorem praecipue *SAP*[2] fridum *G* sex angulis *RCNSP* 8 qui] quia *N* 9 ne nub.] *LMG*, neque nub. *RCN*, ne quid nub. *H*, neue nub. *SAP* perspuitatem *P*[1] 10 fragilitate *S*, fragitati *M*[a] graciem *M* 11 frustra] fr. est *H* 12 alauanda *N*, alanda *RC*[1], albanda *M* cyprus *NA*, ciprus *H* materiem *A* 13 adm. c. iugis est] regionibus incitatissimus (-mis *S*[1]) calor est (est *om. P*) *SAP*[1] libia *RCA* angusti *RC*[1], augusta *H*, augusto *C*[2] ad magnitudinen] magnitudine *R*, ad pondus *SA* cl *om. N* 14 capitulina *LMG* 15 fabulae erunt hyperborei] fabula erat de hyperboreis (hisp- *G*) *II* (*LMGP*) insitus *H* 16 probissimi] *NLMGAP*, probatissimi *RCHS* 17 faciunt *HLMGP*[2] refomidet *N* 18 hisperboreis *G* loquemur] loquimur *II* (*LMGP*) pone] *II* (*MGBSA*, prone *LP*), pene *I* (*RCNH*) ptorofuron *A*, ptoroforon *H*

PL. 4, 90 ron, quem ultra aquilonem accipimus iacere. gens beatissima. ‖ eam **16,** 2
Asiae quidam magis quam Europae dederunt. alii statuunt mediam
inter utrumque solem, antipodum occidentem et nostrum renascentem:
quod aspernatur ratio tam vasto mari duos orbes interfluente. sunt
PL. 4, 89 igitur in Europa. ‖ apud quos mundi cardines esse credunt et ex- 3
timos siderum ambitus, semenstrem lucem, aversum una tantum die
solem: quamquam existant qui putent non cotidie ibi solem, ut nobis,
sed vernali aequinoctio exoriri, autumnali occidere: ita sex mensibus
infinitum diem, sex aliis continuam esse noctem. de caelo magna
clementia: aurae spirant salubriter: nihil noxium flatus habent. do-
mus sunt nemora vel luci: in diem victum arbores sumministrant.
discordiam nesciunt: aegritudine non inquietantur: ad innocentiam 4
PL. 4, 90 omnibus aequale votum. ‖ mortem accersunt et voluntario interitu
castigant obeundi tarditatem: quos satias vitae tenet, epulati delibutique 5
de rupe nota praecipitem casum in maria destinant: hoc sepulturae
PL. 4, 91 genus optimum arbitrantur. ‖ aiunt etiam solitos per virgines pro-
batissimas primitiva frugum Apollini Delio missitare: verum hae quo- 6
niam perfidia hospitum non inlibatae revenissent, devotionis quam
peregre prosequebantur pontificium mox intra fines suos receperunt.
PL. 6, 34 ‖ Altera in Asia gens est ad initium orientis aestivi, ubi deficiunt **17,** 1
Riphaeorum montium iuga. Hyperboreis similes dicunt Arimphaeos.

RCNH LMG(B) SAP

v. 20 ubi deficiunt — 90, 3 laedere: *similia Ammianus* 22, 8, 38 *v.* 21 Hyperboreis — 90, 8 Hyrcani habent *compilavit Capella* 6, 665.

---

1 quem] quae *S*, quam *C* (*marg.*) accipimus] accepimus *HSA* gens beatissima (gentem beatissimam RC^{b}) *respondens Plinianis* gens felix *in orationis tenorem non recte receptum est* 4 iusto *A* duo *RCNS* interfluentes *RCNHS* 5 quos] quds *G* mundo *S* 6 semestrem *SA* aduersum *LMGP*, et au. *A* una] *reliqui cum Plinio*, uno *SAP* diem *R* 7 putant *RCNHP* 8 aut autumnali *G* 9 magnam *L* 10 clementiam *LM*, clemtia *H* noxium] *I* (*RCNHSA*), noxii *II* (*LMGP*): omni adflatu noxio carens *Plinius* flatius *R* domos *M* 11 arrabores *G* 12 aegritudinem *H*, egritudie R^{a} subministrat *N* 13 arcersunt *G*, accerscunt *H*, accersiunt *A*, ascessunt *M* 14 satias] saties *A* ten. uit. *SAP* dilibutique *RCNLSP*, delibatique *G*, dilibus utique *M* 15 de rupe nota] erumpunt ac *M* maria] profundum mare *SA*, profundum mare maria *P* 16 arbitrantur] ducunt *SA* solitus *M* 17 primitiua] primitias *A*, si primitias *S* haec *RNH*, hee *C* 18 persidia *M*, perfidiam *S*, perfidiae *A* inlate *R* reuenissent] renisse *G*, reuenisserant *M* deuotionem *H* 19 pontificum *H* mox intra] *II* (*LMGSAP*), intra *I* (*RCNH*) 20 est *om. C* ab initio *SA* aestiui *om. L* deficiuntur *R* 21 riphaeorum] *LM*,

dipsas siti interficit: hypnale quod somno necat, teste etiam Cleopatra
emitur ad mortem. aliarum virus quoniam medellas admittit, minus

RCNH LMG(B) SAP

v. 4 cerastae — 8 aucupentur *compilavit Isidorus* 12, 4, 18 *v.* 8 amphisbaena — 10 circulatis *compilavit Isidorus* 12, 4, 20 *v.* 11 iaculi — 12 fecerit *expilavit Isidorus* 12, 4, 29 *v.* 12 scytale — 15 ponit *compilavit Isidorus* 12, 4, 19 *v.* 15 plures — 123, 4 sequitur *compilavit Isidorus* 12, 4, 12—17.

---

1 fuerint *R* truncatos (trucatos *G*) mordicus privent (praebent *M*) testibus] *RCNHL*^{1}*MGP*, generandi spem morsu detruncent *L*^{2}*SA cum Isidoro:* nascentibus masculis celant et testiculos eorum morsu detruncant; morsu natos mares castrant *Plinius* 3 ut *om. M* huius] ius *H* 4 prae *om. H* quadigemina *G* corniculum *H*^{a} 5 ostentatione] tentatione *M*, temptatione *LGP contra Isidorum* inlicet *NS*, illicitae *H*^{a}, illicita *H*^{b} 6 iudicium *G* sui praebent] subrebent *M* 7 qua] quae *LMGSP*^{1} cauda . . . 9 parte qua *om. A* passibus *LMGP*^{2} perpetem *H*^{b}, perpentem *H*^{a}, perpetum *P*^{1}, praepetunt *G* 8 aucupetur *SP*, aucuperentur *M* anphisbaena *S*, amphiuena *H* 9 loco] in loco *H* cauda] c. est *H* quae] qua *HS* 10 effecit *LMG* ut] in *G* utrimque] utrique *M*, uterque *LGP* secus] se *H*, sexus *LGAP* nibundo *R*, nutibundo *H*, nutabundo *G* 11 Iaculi *A* sebeunt *M* e] a *H*, *om. R* 12 refulget *LMGP contra Isidorum* 13 tegi *M* retardaret *P*^{1} rectando *M* 14 non quit] *RCNS*, num quid *M*, nequit *reliqui* capit *A* 15 squamarum] quamarum *R*^{b}, quam aurum *R*^{a} hiemalexesuuias *M* initore *S* 16 dipsa *H*, di • pran *M*^{a}, dispar *M*^{b} 17 siti] sit *R* hypnale] hyinale *R*^{b}, hynale *R*^{a}, hihale *C* necet *RCNH* etiam *om. H* 18 ad] a *N*

IGN. famae meretur. haemorrhois morsu sanguinem elicit et dissolutis
venarum commerciis quicquid animae est evocat per cruorem. prester
quem percussit, distenditur enormique corpulentia necatur extuberatus.
ictus sepium putredo sequitur. sunt et ammodytae, est et cenchris, 27, 33
elephantiae, chersydri, chamaedracontes. postremo quantus nominum
tantus mortium numerus. nam scorpiones scinci lacertaeque vermibus,
non serpentibus adscribuntur. monstra haec si sibilant, clementius 34
L. 8, 86 feriunt. ‖ habent adfectus: non temere nisi coniuges evagantur: capto
IGN. altero vel occiso uter superfuerit efferatur. ‖ subtiliora sunt capita
feminis, alvi tumidiores, pestis nocentior. masculus aequaliter teres
L. 8, 87 est, sublimior etiam mitiorque. ‖ igitur anguibus universis hebes visus 35
est. raro in adversum contuentur, nec frustra, cum oculos non in
fronte habeant, sed in temporibus, adeo ut citius audiant quam
aspiciant.

37,165 ‖ De gemma heliotropio inter Aethiopiam Africam Cyprum cer- 36
tamen fuit, quaenam mitteret generis huius eminentissimam: depre-
hensumque est documentis plurimis Aethiopicam aut Libycam palmam
tenere. viridi colore est non ita acuto, sed nubilo magis et represso,
stellis puniceis superspersa. causa nominis de effectu lapidis est et 37
potestate: deiecta in labris aheneis radios solis mutat sanguineo reper-

RCNH LMG(B) SAP

v. 4 sunt et — 6 numerus *compilavit Isidorus* 12, 4, 39 *v.* 6 scorpiones — 7 adscribuntur *compilavit Isidorus* 12, 5, 4 *v.* 11 anguibus — 14 aspiciant *exscripsit Isidorus* 12, 4, 44 *v.* 15 de gemma — 124, 4 obviorum *compilarunt Priscianus v.* 254—258 *et Isidorus* 16, 7, 12, *quorum hic hoc loco item adhibuit Plinium.*

---

1 moretur *L* haemorois *LM*, haec orrois *R* morsus *S* anguinem *N* elegit *M* 2 prieter *R*, praeter *N*, praeterea *C* 3 percusserit *H cum Isidoro* disternitur *M*, discernitur *LP* extuberatos *LGP* 4 itus *N* sapium *N*, sepius *GP*[2], serpentium *H* ammodit(a)e *CG*, amoditae *H*, hammodytae *S*, hammoditae *RNLA*, hammodiiae *M* est et] es *S*, aes *A* chencris *A*, ceneris *H* 5 elephantiae] et el. *SAP* chresydri *RC* chamedracones *N* nominatum *M* 6 tantum *RN* sinci *A* lacertique *SA* 7 adcribuntur *N* si sibilant] *GBA coniecture fortasse*, si (i *RN*) bibant *RCNHLMSP* 8 feriunt] fuerint *P*[1] adfectos *S* 9 occisi • *L*[1] uter] uter si *H* 10 alui tumidiores] aliud midiores *N*, aliud humiliores *RC*, aluus humidior est *H* masculis *S* teres] ters *S*, *om. RCNH* 11 etiam mitiorque igitur *om. S* uni uniuersis *M* hebes] habes *S*, he • bes *N*, *om. R* uisus] sus *N* in *om. H*[a] 13 habent *A* 15 heliotrophio *G*, eliotropia *H*, heliotrochio *M* 16 eminentissimum *H* 17 est *om. MA* docimentis *L* pluribus *SA* libyam *P*[1], libysam *P*[2] 19 superpressa *S* 20 delectu *MG* eneis *RC* repercusso *H*, repercurso *N*

cussu extraque aquam splendorem eius abicit et avertit. etiam illud PL.
posse dicitur, ut herbae eiusdem quo est nominis mixta et praecan-
tationibus legitimis consecrata eum a quocumque gestabitur subtrahat
visibus obviorum.

27, 38 ‖ Inter Syrtes quamvis terra pergentibus iter sideribus destinatur PL. 5, 26
nec aliter cursus patescit: nam putris soli faciem aura mutat et minimo
licet vento tantam diversitatem flatus efficit, ut subinde perversis siti-
bus locorum nulla indicia agnitioni relinquantur, cum modo quae
fuerant tumulis ardua in valles residunt, modo quae vallibus pressa
39 *coitu pulveris aggerantur. ita etiam continens naturam maris sui
patitur: nec interest, ubi potius sint procellae, cum ad exitium vian-
tium elementis congruentibus in terris flabra saeviant, in mari terrae.
40 ‖ utraeque Syrtes CCL milibus passuum separantur. ‖ aliquanto clemen- PL. 5, 27. 1
tior quae minor est. Cn. denique Servilio C. Sempronio cos. inter
haec vadosa classem Romanam inpune accipimus perfretasse. in hoc
sinu Mene insula post Minturnenses paludes C. Mario fuit latebra.
41 ‖ Supra Garamantas Psylli fuerunt, ‖ contra noxium virus muniti PL. 5, 27. 7
incredibili corporis firmitate. soli morsibus anguium non interibant
et quamvis dente letali appetiti incorrupta durabant sanitate. recens
42 etiam editos serpentibus offerebant: si essent partus adulteri, matrum

RCNH LMG(B) SAP

---

1 extraque] extra *H*, sectraque *M*, secta extraque *LGP*[a] splendor *H* eius] aeris *SAP:* extra aquam speculi modo solem accipit *Plinius et Isidorus*, purior at soli renitet nudatus ab undis *Priscianus* 2 dic. posse *H* herbae] *GSAP*, herba *RCNH*, herbam *LM* quo] quod *LMGP* numinis *A* mixtam *R* praecantationibus] *plerique cum Plinii libris melioribus*, praecationibus *SAP*[a] *cum libris bonis* (*certe Weilb. Voss.*) *Isidori* 3 consecreta *H* eum] cum *S* subtrahit *H* 5 pergent • s *L*[1] 6 patrii *H* solis *G* auram *M* et *om. H* minime *L* 7 euersis *SA* 8 agnitione *H* relinquatur *G* cum modo] dummodo *AP*, dum *S* 9 fuerant . . . ualles (ualle *RC*[b]*NHS*) residunt (-dent *L*[1]*N*) modo quae *om. C*[a]*M*[1] 10 coetu *LMGSP*, caetu *A*, coeptu *N*, caeptu *R*, ceptu *CH* constinens *M* natura *MG* sui] ui *A* 11 partitur *R* uitium *M* 12 elementis] uel el. *P* flabras *N* 13 uterque *C* syrces *G* milibus passum] passus *M* 14 quae] quem *S* cn.] *NLMGP*, gn. *RCH*, gn(a)eo *SA* g. *plerique*, gaio *A*, guo *S* simpronio *CA*, semphronio *N* consule *LMGP*, consules *N* iter *N* 15 uad. haec *SA* classem (-se *R*, dlassem [*sic*] *M*) romanam (-na *R*)] r. cl. *SA* accepimus *HSA* 16 menturnenses *M*, menenturnenses *A*, minturnense *P* g. *fere libri* 17 garamantes *RHG* spilli *M* munit *R*, minuti *M* 18 interibant] teribant *R*[a] 19 et *om. LMG* appetit *M* darabant *S* sanitatem *N* recentes *H*, recensa *N* 20 deditos *R* offerebat *G* adulterii *M*, adulterim *N*[a](?), adulterini *N*[b]*H*

PL. crimina plectebantur interitu parvulorum: si pudici, probos ortus a
morte paterni sanguinis privilegium tuebatur: sic originis fidem pro-
babant venenis iudicantibus. sed haec gens interivit a Nassamonibus
capta nec quicquam aliud praeter opinionem de vestigio nominis sui
37, 17 Psylli reliquerunt. ‖ nassamonitem lapidem Nassamones dant, san- 27, 43
.. 5, 28 guineum universum, nigris venulis adumbratum. ‖ in intimo recessu
auct. Syrtis maioris circa Philaenorum aras Lotophagos fuisse discimus, nec
incertum est. a Philaenorum aris non procul palus est quam Triton
amnis influit, ubi speculatam se artium deam crediderunt.
i, 31. IGN. ‖ Maior Syrtis ostentat oppidum, Cyrenas vocant, ‖ quod Battius 44
Lacedaemonius olympiade quinta et quadragesima, rege Marcio res
Romanas tenente, anno post Troiam captam quingentesimo octogesimo
.. 5, 31 sexto condidit: quae domus Callimacho poetae fuit patria. ‖ inter hoc 45
oppidum et templum Hammonis milia passuum cccc sunt. templo
IGN. fons proximat Soli sacer, ‖ qui umoris nexibus humum stringit, fauillam
etiam in caespitem solidat. in qua gleba non sine miraculo lucus 46
37, 167 emicat undique secus agris arentibus. ‖ illic et lapis legitur, Ham-
monis vocant cornum: nam ita tortuosus est et inflexus, ut effigiem
reddat cornus arietini: fulgore aureo est: praedivina somnia reprae-
12, 107 sentare dicitur subiectus capiti incubantium. ‖ et arbor est melopos 47
nomine, ex qua profluit lentus umor, quem a loco hammoniacum
nominamus.

RCNH LMG(B) SAP

v. 8 palus — 9 crediderunt *compilavit Isidorus* 8, 11, 74 *v.* 14 templo — 16 solidat *compilavit Isidorus* 13, 13, 8 *v.* 20 et arbor — 22 nominamus *compilavit Isidorus* 17, 7, 13.

---

1 plectabantur H^a probus *G* ortus] ortos NH^a, ormi (*sic*) *R* a morte] amare *H* 2 priuilegio *G* sic] si *M* orinis *R* 3 Iudicantibus *G* interiuit] interrit *C*, interita *RHS*, interrita *NA* nasamon. *SAP et sic deinceps* 4 nec] ne *NS* relinquerunt *M*, reliquerant *G* nasamoniten *SAP*, nassomonitem *RC* nassomones *RC* sanguinem *N* 6 uniuersis *RCNH* in *om. H* 7 maiores *LM* dicimus *H, inc. R* 8 inertum *A* a phil.] apud hilaenorum *S* aris] maris *M* 9 spec. se] speculata se esse *H* 10 ostendant *S* cyrenes *LMG* battius] *RCNGS*, batthius *LM*, batius *A*, bathius *P*, bathcius *H* 12 captam] quintam *M* 13 domus (domos *M*) callimac(h)o *LMGP*, domus callimachi *RCNSA*, callimachi domus *H* fuit] fuit et *H* 14 ammonis *RC*, amonis *H* cccc] *LMG cum Plinio*, ccc *uel* trecenti *RCNHSA*, quadraginta P^2, *om.* P^1 sunt *om. A* templo *om. H* 15 humeris *R* stringit fauillam etiam] stringit fauillaticum (f. str. AP^1) SAP^1 *contra Isidorum* in] et *RCN*, et in SAP^1 16 lucus] locus *RCNHSA* 17 emicat] uiret *SA* argentibus *R* 18 cornu *RCNH* indeflexus *N* 19 cornu *RCH* est] quod est *H* praediuinus *H* 20 subiectu N^a 21 umor *om. S* que *R* a loco] *CLMGP cum Isidoro,* alio loco *RNHSA*

27, 48 ‖ Apud Cyrenenses praeterea sirpe gignitur odoratis radicibus, IGN.; *cf.* 5, 33
virgulto herbido magis quam arbusto: cuius e culmo exudat aestatis *cf.* PL. 12
tempore pingue roscidum idque pascentium hircorum inhaeret bar-
bulis: ubi cum arefactum inolevit guttis stiriacis, legitur ad usum
49 mensarum vel medellae magis. dictum est primum lac sirpicum, quo-
niam manat in modum lacteum: deinde usu derivante laser nomi-
natum. quae germina initio barbaricae inpressionis vastatis agris, *cf.* PL. 19
postea ob intolerandam vectigalis nimietatem ferme penitus ipsi accolae
eruerunt.
50 Cyrenis ab laeva Africa est et a dextera Aegyptus, a fronte saevum
et inportuosum mare, a tergo barbarorum variae nationes et solitudo
51 inaccessa, ‖ quae basiliscum creat, malum in terris singulare. serpens PL. 8, 7
est paene ad semipedem longitudinis, alba quasi mitrula lineatus caput,
nec hominis tantum vel aliorum animantium exitiis datus, sed terrae
quoque ipsius, quam polluit et exurit, ubicumque ferale sortitur
receptaculum. denique extinguit herbas, necat arbores, ipsas etiam
corrumpit auras, ita ut in aëre nulla alitum inpune transvolet in-
52 fectum spiritu pestilenti. cum movetur, media corporis parte serpit,
media arduus est et excelsus. sibilum eius etiam serpentes perhor-
rescunt et cum acceperint, fugam quaeque quoquo potest properant.

RCNH LMG(B) SAP

v. 5 dictum est — 6 nominatum *compilavit Isidorus* 17, 9, 27 *v.* 10 Cyrenis — 12 creat *compilavit Isidorus* 14, 5, 4 § 51—53 *ad locum de basilisco aut Plinium aut Solinum adhibuit Isidorus* 12, 4, 6. 7.

---

1 cynerenses *N*, cynenses H^a 2 aestatis t.] *II* (*LMG*P^a), statuto t. *I* (*RCHS*, t. statuto *A*, stato t. *N*P^1) haeret *N* 4 arefectum *L*, adrefectum *M* stiriacis] stiriatis *RCMA*, *om. S* 5 mensuram *S*, mensurarum *H* medelas *P* magis *om. SA* est *om. LMGP* lac scirpicum R^b*C*, lascirpicum R^a 6 deriuante] ribante R^a nominatur *LMGP* 7 gemina *H* in initio *LMG* inpresiones *N recte fortasse* uastis *M*, uastitatis *N* 8 intolerandum *G* nimietate *R*, nimietatatem *M* 9 eruerint *N* 10 a leua *H* africe *RC* est et a] *CHLG*, est et ad *RNM*, est ab *SAP* dextera] *RCSAP*, dextris *H*, dextra *LMG*, dexteram *N* frote *G* 11 uariae *om.* C^a solitudo (sil- *G*) inacc.] *reliqui cum Isidoro:* solitudines inaccessibiles, solitudo inculta (-tu *P*) squalens et inacc. *SAP* 14 exitus *G* terra *A* 15 quam] quam a *G* exurit] ex. et *LMG* feralis oritur *H* 16 extinguet *M* 17 aur. corr. *H* in *om. GP* aerem *R*C^1, aera *SAP* infectu *RCN*(?)*S*, infecta *H* 18 spiritu *om.* C^a pest. cum] pestilentium M^a moueretur *RM* partes *S* serpit (serpens *NH*) media (reliqua uero *C*, *om. NH*) .... 19 etiam *om. R:* celsus et erectus in medio incedens *Plinius* 19 serpentes] alii serp. *LMGP* 20 acceperunt *NSP* quoquo] quo *M* possunt *G* properat *CH*

IGN. ‖ quicquid morsu eius occiderit non depascitur fera, non attrectat 27, 53
ʼL. 8, 79 ales. ‖ mustelis tamen vincitur, quas illic homines inferciunt cavernis
IGN. in quibus delitescit. ‖ vis tamen ne defuncto quidem deest. denique
basilisci reliquias amplo sestertio Pergameni conparaverunt, ut aedem
Apellis manu insignem nec araneae intexerent nec alites involarent.
ʼL. 5, 31 ‖ Circa extimum Syrtium cornum Bernicem civitatem adluit Lethon 54
IGN. amnis, ‖ inferna ut putant exundatione prorumpens et apud pristinos
PL.6,168 vates latice memoratus oblivionis. hanc Berenice munivit quae Pto-
lemaeo tertio fuit nupta et in maiori Syrti locavit.
Omne autem latifundium quod inter Aegyptum Aethiopiam Libyam- 55
que diffunditur, quacumque lucis opacum est, varium implevit simi-
arum genus. nec quisquam offensus nomine cognitionem gravetur.
enimvero operae pretium est nihil omittere in quo naturae spectanda 56
.. 8, 215 sit providentia. ‖ plebes simiarum in his est quas passim videmus
non sine ingenio aemulandi, quo facilius in manus veniunt: nam
dum avide venantium gestus adfectant, relicta consulto visci unguilla,
quod mendacio factum vident, oculos suos oblinunt: ita visu obducto
pronum est eas corripi. exultant nova luna, tristes sunt cornuto et 57

RCNH LMG(B) SAP
v. 18 exultant — 128, 11 lata cauda *compilavit Isidorus* 12, 2, 31—33; *cf. Augustinus de civ. dei* 16, 8.

---

1 morsu eius] morsum est *A* occiderit] *LMGP*, occiditur *RCNHSA* detrectat *R* 2 alas *G* tamen] tantum *A* quas] quasi *RSP* illinc *M* insterciunt *H* 3 delitiscit *CNMS* uis] ui *N* ne] *RCNSAP*, nec *HLMG* 4 basilici *S* amplo (ampliore *H*) sestertio] amplo tertio C^a, amphos est tertio *M* pergami *S* conpararunt *H*, parauerunt *M* ut (et ut *SA*) aedem (eadem *S*) apellis (*sic* L^2P^2, appelis *M*, apollinis *reliqui*) manu (manum *H*, manui *SA*) insignem (-ne *A*) nec araneae (-nei *CNMS*, nec ar. *om. H*) intexerent *om. R* nec] ne *H* aliter *R* inuoluerent *H* *post* inuolarent *ins.* cadauer eius reticulo aureo suspensum ibidem locauerunt *SAP* 6 eximum *R*, exitum *NH*, extimus *G* syrtium] srum *H* cornum] *MSAP*, cornu *RCNH*, quorum *LG* bernicem] *LMGS*[1], uerenicem *C*, uenericem *R*, berenicem *NP*, beronicem *H*, berenicen S^2A lethon] *CSAP*, leton *NH*, letoni *R*, laethon *L*, laetho *M*, loethon *G* 7 annis *R* 8 uatos *R*, uatus *M*, uatis *N* berenice] *RNLG*, uerenice *C*, berenicen *SA*, beronicem *H*, berenicen berenicen *M*, berenicem berenice *P* pt(h)olomeo *RCHMA* 9 tercia *H*, irio *A* 10 aegyptam et *S* aethiopia *G*, aethyopam *N* 11 quaecumque *G* locis *CNH*, logis *R* 12 cognitione *RCG* 13 op. pr. est] op. pr. (*om.* est) *RCNH*, pr. op. est *SA*, pr. est op. *P* 14 plebis RC^bNH, ple C^a, uulgus SAP^2 quam *R* 15 in manus *om. H* 16 uenantum *SA* adflectant *M* unguillae *S*, unguina *H* 17 obliniunt *CA*, oblimunt *N* uisu (uisci *N*) obd.] o. u. *H* 18 pronum] facile *A* corripi] capi *SA* exultent M^a

cavo sidere. ‖ inmoderate fetus amant, adeo ut catulos facilius amit- PL. 8, 2
tant, quos impendio diligunt et ante se gestant, quoniam neglecti
27, 58 pone matrem semper haerent. ‖ cercopitheci caudas habent: haec PL. 8, 72 *cf.* 8, 215
sola discretio est inter prius dictas. ‖ cynocephali et ipsi sunt e PL. 8, 2
numero simiarum, in Aethiopiae partibus frequentissimi, violenti ad
saltum, feri morsu, numquam ita mansueti, ut non sint magis rabidi.
59 ‖ inter simias habentur et sphinges, villosae comis, mammis promi- PL. 8, 7
60 nulis ac profundis, dociles ad feritatis oblivionem. ‖ sunt et quas IGN.; *cf.*
vocant satyros, facie admodum grata, gesticulatis motibus inquietae. 8, 21
‖ callitriches toto paene aspectu a ceteris differunt: in facie barba est, PL. 8, 2
lata cauda. has capere non est arduum, sed proferre rarum: neque
enim vivunt in altero quam in Aethiopico, hoc est suo caelo.
28, 1 ‖ Inter Nassamonas et Trogodytas gens Amantum est quae sali- PL. 5, 3
bus domus extruunt: quos in modum cautium e montibus excitatos
ad usum aedium caementiciis nectunt struicibus. tanta ibi huiusce
2 venae copia est, ut tecta faciant e salinis. isti sunt Amantes, qui
commercium cum Trogodytis habent carbunculi gemmae. citra Aman- *cf.* PL. 5, *extr.*
tas propiores Nassamonibus Asbytae lasere vivunt. hoc aluntur, hoc
illis edule est.
29, 1 ‖ Garamantum oppidum est Debris fonte miro: quidni? qui alter- PL. 5, 3

RCNH LMG(*B*) *SAP*

v. 20 fonte — 129, 13 frigore *compilavit Priscianus v.* 202—205: *similia Augustinus de civ. dei* 21, 5, 1 (*unde pendet Isidorus* 13, 13, 10).

---

1 inmoderata *S* adeo — amittant (admittant *N*[?]*H*) *om.* R^{a} 2 gestiant *RCN* nec electi *R* 3 poni *S*, paene *C* cercopitheci] *RCN*, cercophitici *S*, circopithici *LMGP*, circopetici *H*, corcopithici *A* 4 est *om. C* dicta *RC* cenocephali *H* 5 in *om. LMG* parte SAP^{1} 6 fieri morsus *S* 7 spinges *SA* uillosae comis] *RCLMG cum Isidoro*, uillosae (uillos et *A*) comas *SAP*, uillosae *NH* 8 profundis] fundis *P* 9 gestaculis *S* 10 a] ac *N*, *om. A* 11 hos *RCNH* neque . . . 12 caelo *om. H* 12 alter *M* in aeth.] aeth. *SA* suo] uo *R* caelo] solo A^{1} 13 nassamones *NH* trogloditas *MP* amantium *A* 14 extruunt] inextruunt H^{a} excitatus *NS* 15 caementitius *S*, comenticiis *H* nexuunt *R* (*superscr. m. eadem* nectunt) *CN* struicionibus *H*, instruicibus *M* tantas *H*, tanti *S* huius *SAP* 16 uenae] *RCNLMG*, rei *HSAP* copiosa *G* facient *N* e] a *H* isti] hi SAP^{1}, isque P^{2} 17 trogoditum *G*, trogloditis *CP*, throchloditis *M* gemma *A* amantas] C^{a}(?)*NHLMP*, amantes $R^{b}C^{b}GA$, amates R^{a}, amantis *S* 18 propiores] *CP*, propriores *LMG*, propior est *RHSA*, proprior est (?)*N* asbytae] *GSP*, asbitae *LMA*, asbyste *RCN*, asbistae *H*: Hasbitae *Plinius* uiuunt] uiunt *N*, uniunt *R* aguntur *P* 19 edule] $C^{2}N^{2}$, sedule $C^{1}N^{1}S$, sedile *RA*, aedale *H*, dulce *LMGP* 20 caramantum *RC*, garamanticum *P* debis $L^{1}M$ quidni qui] quidenique *P*, qui *RC* alt. uic.] uicibus (uisibus *S*) alt. *A*

PL. nis vicibus die frigeat, nocte ferveat, ac per eadem venarum com-
mercia interdum ignito vapore inaestuet, interdum glaciali algu in-
horrescat. incredibile memoratu, ut tam brevi curriculo natura tam **29**, 2
dissonam faciat varietatem idque qui percontari velit tenebris, inesse
fluori illi aeternam facem credat: qui rimetur die, brumales scatebras
numquam aliud aestimet quam perpetuo rigere. unde non inmerito 3
per gentes Debris inclita est, cuius aquae *caelesti vertigine mutant
qualitatem, quamvis contraversa siderum disciplina: nam cum mundum
a calore vesper temperet, ab occasu incipit ita incalescere, ut ni
tactu abstineas, noxium sit contigisse, rursum cum ortu solis incan- 4
duerit et radiis fervefacta sunt universa, sic hiemales evomit scaturri-
gines, ut hauriri etiam a sitientibus non queat. quis ergo non stu-
peat fontem qui friget calore, calet frigore?

5, 38 Garamanticae regionis caput Garama est, ‖ ad quam iter diu in- 5
extricabile fuit et invium: nam latrones puteos harenis operiebant,
ut temporaria fraude subductis aquis iter infame siti submoveret acces-
sus viantium. sed Vespasiano principe bello, quod cum Oeensibus 6
gestum est, difficultas haec dissoluta est, conpendio spatii brevioris
5, 36 reperto. ‖ Garamantas Cornelius Balbus subegit et primus ex hac 7

RCNH LMG(B) SAP

v. 1 die frigeat n. f. *adhibuerunt scholia Bernensia ad Lucani* 4, 333
v. 13 fontem — 14 Garama est *compilavit Isidorus* 14, 5. 13.

---

1 eferueat *M*, efferueat *LGP* 2 ignoto *NH*, ignato *M* pauore *R* aestuet *S*, aestuit *A* algu inhorrescat] *scripsi*, alguine (alguin • *N*) horrescat *NSA*, algurescat *H*, algedine horrescat *RC*, algore inhorrescat *LMGP* 3 memorant *N*(?)*H* ut tam (utam *M*, uitam P^2, ut in tam *H*) breui curriculo] ut in articulo temporis SAP^1 naturam *NS* 4 diss.] diss. sui *SAP* qui *om. H* inesse] uicem *A* 5 fluore *S* brumali *LMGP* 6 rigore *N* 7 gentis *M* cuius . . . 8 qualitatem *om. G* caelesti] *H coniectura puto*, a caelesti *RCNSA*, et caelesti $LMGP^2$, caelestium P^1 8 controuersa *CSAP* sideram *M* 9 a] ac *N* colore H^a ab] et ab RC^1NM, hic ab C^2 occasum *M* ita incipit *SAP* incalescere] excandescere SAP^2 10 contingisse *N* rursus *RHSA* ortu] *RCNLMG*, ortus *HSAP* incanduerit] *RCNH*, incanduerunt $LMGP^2$, incaluit *SA*, inclaruit P^1 11 radiis *om. H* feruefacte *N* sint *RN* hiemales] glaciales *SA* euomit] emit L^1 12 ut (*om. S*) hauriri (hauri *N*) etiam (*om. SA*) a s. non (ne *SA*) queat] ut fluorem suum prohibeat hauriri P^1 quis] ut quis *S* 13 qui friget (frigescit *H*) c. calet (calescit *SAP*) frigore *om. M* 14 grarama *N* quam] quod *H* iter *om. RCN* diu *om. H* inestricabile *C* 15 inuium] in unum *R* nam *om. M* aperiebant *LMG* 16 temporalia fraudes *A* iter (inter *N*) i. s.] inf. siti iter *SA* submoueretur *G*, submouerent *H* accensus *MG* 17 uespanio P^1 oeensibus] C^2NM, oenensibus *RS*, oenesibus *A*, ocensibus *HLGP*, *inc.* C^1 18 diss. est] interit *S*, interiit *A* 19 garamantes *H* cormelius *S* hac *om. H*

victoria triumphavit: primus sane de externis utpote Gadibus genitus PL.
29, 8 accessit ad gloriam nominis triumphalis. ‖ armenta gentis istius ob- MEL. 1,
liquis cervicibus pabulantur: nam si recta ad pastus ora dirigant,
officiunt prona ad humum cornua. ‖ ex parte qua Cercina est acci- PL. 5,
pimus Gauloen insulam, in qua serpens neque nascitur neque vivit *auct.*
invecta: praeterea iactus ex ea quocumque gentium pulvis arcet
angues: scorpiones superiactus ilico perimit.
30, 1 ‖ Aethiopes et gentes Atlanticae Nigri flumine dividuntur, ‖ quem PL. 5, 3(PL. 5, 44
partem putant Nili: sic papyro viret, sic calamo praetexitur, animalia
eadem edit, iisdem temporibus exundat, intra ripas quoque tunc redit,
2 cum contentus est alveo suo Nilus. ‖ Garamantici Aethiopes matri- PL. 5,
monia privatim nesciunt, sed omnibus in venerem vulgo licet. inde *auct.*
est quod filios matres tantum recognoscunt: nam paterni nominis
3 nulla reverentia est. quis enim verum patrem noverit in hac luxuria
incesti lascivientis? eapropter Garamantici Aethiopes inter omnes popu-
los degeneres habentur: nec inmerito, quia adflicta disciplina casti-
tatis successionis notitiam ritu improbo perdiderunt.
4 ‖ Nomen Aethiopum late patet. in parte Africana qua Meroen PL. 6,
videt Libya plurimae eorum sunt et variae nationes. harum e numero
Nomades cynocephalorum lacte vivunt. Serbotae longi sunt ad pedes PL. 6,
5 duodecim. ‖ Azachaei captos venatibus elephantos devorant. ‖ Psam- PL. 6,

RCNH LMG(B) SAP
v. 5 Gauloen — vivit *compilavit Isidorus* 9, 2, 124.

---

1 gladibus RC^1, gradibus *H*, gaudibus *S* 2 gestis *G* 3 si] sic *M* pastum *SAP* 4 ad] in *SA* humum] unum *P* cornua] c. et obnixa *SAP contra Melam* circina *RCNH* accepimus *LMGP* 5 gauloen] *RCNSAP*, galloen *H*, gauloenis *LMG* nacitur N^a 6 praeterea] *RCNHSAP*, propterea *LMG* arecet *M* 7 scorpionis *SA* superiactu *LMG*, superiactatur *R*, subactos *H* peremit *MS* 8 gentis *M* nigri] *MAP*, tigri *RCNHLGS* quam *RCNLG* 9 patrem *coniecit Salmasius male* papyrio *R*, papirio *CN*, papyri *S* uiret et sic *S* pertexitur *A* animali *M* 10 edit iisdem (hisdem *RC*) *om. M* 11 garamantici (garamatici *N*, garamanticia *M*) . . . sed (*om.* SAP^1) omnibus in uenerem uulgo (uulgo o. in uen. *SAP*) licet] garamanticis omnibus uenus est uulgalis et *H* 13 nam *om. P* 15 incesti] incessit *RCNH* lasciuientes *RCNHSA* populos (populo *A*) deg. hab. gar. aeth. i. omnes *SA* 16 quia] qui *RCNLMG* cast. disc. *SAP* 17 ritum C^1 18 quam meroen *R*, quam ameroen *LMG* 19 uidet lybiae *M*, uident et libiam *H* harum e] horum *H* 20 nodames *A* cenocephalorum *H*, cynomatefalorum *S* serbotae] *RNHSAP cum indice M*, seruote *C*, suerbotae *LM* (*text.*) *G* longi] longe *NA*, *om. H* 21 azachaei] *SP*, azachei *HA*, adzachei RC^1, adzacchei *N*, azzanchaei *index M*, azzac(a)ei *M* (*text.*) *G*,

PL. baris nulla est aurita quadrupes, nec elephanti quidem. his proximi
summam regiae potestatis cani tradunt, de cuius motibus quidnam in-
6, 194 peritet augurantur. || maritimos Aethiopas quaternos oculos dicunt **30**, 6
habere: sed fides alia est, illa denique quod et vident plurimum et
6, 195 manifestissime destinant iactus sagittarum. || occidentem versus Agrio-
phagi tenent, qui solas pantherarum et leonum carnes edunt, rege
praediti, cuius in fronte oculus unus est. sunt et Pamphagi, quibus 7
esca est quicquid mandi potest et omnia fortuitu gignentia. sunt et
Anthropophagi, quorum morem vocamen sonat. Cynomolgos aiunt 8
habere caninos rictus et prominula ora. Artabatitae proni atque quadripedes, nec secus ac ferae sine sedibus evagantur. confines Mauretaniae certo tempore lucustas terrestres legunt duratasque salsugine in praesidium vitae solas habent: sed ex illis quadragesimum aevi annum nullus supergreditur.
L. 6, 196 L. 8, 9, 1 || Ab Oceano isto ad Meroen, || quam insulam amplexu primo 9
L. 6, 196 L. 8, 9, 1 Nilus facit, || milia passuum sunt sescenta viginti. || ultra Meroen super
exortum solis Macrobii Aethiopes vocantur: dimidio enim eorum pro-
tentior quam nostra vita est. hi Macrobii iustitiam colunt, amant 10
aequitatem, plurimum valent robore, praecipua decent pulchritudine,
3, 9, 2 ornantur aere, auro vincula faciunt noxiorum. || locus apud eos est

RCNH LMG(B) SAP

v. 5 Agriophagi — 7 est *ex Plinio Solinove Isidorus* 11, 3, 16 *v.* 7 sunt et — 8 gignentia *compilavit Isidorus* 9, 2, 130 *v.* 10 Artabatitae — 14 supergreditur *male compilavit Isidorus* 11, 3, 20.

---

a • zacaei *L*: Asachae *Plinii libri* eleuantos *N* psambaris] *RCNHLMG*, apud psambares (ipsambares *A*, ipsampares *S*) *SAP*: Sambri *uel* Sesambri *Plinii libri* 1 arita N^a quadrupedes N^aH^a 2 summa *H* cani tradunt] cadunt *R* quidnam imperitet] *III* (*SA*), quiddam (quidam *H*) imperite (inperitae *NH*, imperitre *L*, imperitiae *M*) *I* (*RCNH*) *et II* (*LMGP*): motu eius imperia augurantur *Plinius* 3 aethiopes *NH* 4 illac d. quae uident *H* 5 ictus] lactus *M* uersus] uero *H* agriofati *M* 7 panphagi *P*, panfagi *RCNHLG*, pangati *M* 8 fortuito *RCNSAP* 9 more *RC*, mores *NSA* cynomolfos *R*, cinomologos *LMG* 10 rictus] rictos *M*, *om.* C^a artabeatitae *G*, artabaturtae *A* quadripedes] *RCNL*, quatripedes *M*, quadrupedes *reliqui* 11 sine se nec s. ac f. dibus *S* uagantur *N* confines] c. sunt *H* 12 lucustas] *RNM*, locustas *plerique* 14 nullus *om.* MA^a 15 isto] aestu $LMGP^1$ 17 exortu *M*, exortus *P* macrobi *SA* 18 q. n. u. est] q. u. n. est *H*, est q. n. u. est *M*, est q. n. uita L^1G macrobi *SA*, marobii *H* iustiam *G* 19 praecipua] *RCNSA*, praecipuo *H*, praecipu(a)e *LMGP* decenti *LMGP* pulchritudinem *H* 20 ornatu *R* est *om.* *RNH*

Heliutrapeza opiparis epulis semper refertus, quibus indiscretim omnes MEL.
30, 11 vescuntur: nam etiam divinitus eas augeri ferunt. est etiam ibidem
lacus, quo perfusa corpora velut olivo nitescunt. ex hoc lacu potus
saluberrimus. sane adeo liquidus est, ut ne caducas quidem vehat
frondes, sed ilico folia lapsa ad fundum demittat laticis tenuitate.
12 || Ultra hos desertae et inhumanae solitudines ad usque Arabicos MEL. 3,
sinus. || deinde in ultimis Orientis monstrosae gentium facies. aliae IGN.
sine naribus, aequali totius oris planitie, informes habent vultus.
13 || aliis concreta ora sunt modicoque tantum foramine calamis avenarum MEL. 3,
pastus hauriunt. nonnullae linguis carent, in vicem sermonis utentes
14 nutibus motibusque. || quaedam ex istis nationibus ante Ptolemaeum MEL. 3,
Lathyrum regem Aegypti incognitum habuerunt ignis usum. *cf.*
|| Aethiopia omnis ab oriente hiberno ad occidentem hibernum PL. 6,
tenet. quicquid eius est sub meridiano cardine, lucis nitet, qui maxime
virent hieme. a media parte mons editus mari inminet, ingenuo igni
15 per aeternum fervidus et in quiete iugis flagrantibus: || inter quae in- IGN.
cendia iugis aestus draconum magna copia. veris draconibus ora parva
et ad morsus non dehiscentia et artae fistulae, per quas trahant spi-

RCNH LMG(B) SAP

v. 2 est etiam — 3 nitescunt *compilavit Isidorus* 13, 13, 2 *v.* 7 in ultimis — 11 motibusque *compilavit Isidorus* 11, 3, 18 *v.* 14 quicquid — 17 copia *compilavit Isidorus* 14, 5, 14 *v.* 17 draconibus — 133, 2 nocent *compilavit Isidorus* 12, 4, 4. 5.

---

1 heliu (*R*, eliu *C*, helii *N*, helio *SA*, elio *G*, huius *H*) trapeza (trapezia *H*)] ΗΛΙΟΥ ΤΡΑΠΕΖΑ helio trapeza *L*, ΝΑΕΛΙΟΥ ΤΡΑΛΕΖΑ helio trapeza *M*, ⊦ΗΛΙΟΥ ΤΡΑΠΕΖΑ *P* refertur *RS*, referta *H* 2 uesciuntur *S* ibi *A* 3 quo] qua *H* oliuo] *RCNLMGP*, oleo *HSAP cum Isidoro* laco *M* 4 nec caducas C^b*L*, nec aduncas *R*C^a*NH* 5 folia *bis N* ad f. demittat (*sic H*, demitat *N*, dimittat *RCLMG*)] dimittat ad f. *SAP* latices *S*, latici *RN* tenuitae *M* 6 et humanae *S* rabicos *G* 7 monstrosae] *RCLSA*, montrosae *N*, mostrosae *P*, monstruosae *HMGB cum Isidori libris bonis* 8 oris *om. P* nultos *M* 9 modicoque (modico P^1 *cum Isidoro*) tantum (tantum *om. H*)] *I* (*RCNHSA*P^1), modico quoque *II* (*LMG*P^2) 10 in uicem *bis R* sermones *S* 11 que *om. R* quaedam ex istis nationibus] *LMGSAP*, quaedam excitationibus *RCN*, quae aeaedem nationes *H* pt(h)olomeum *RCNHMA* 12 ign. us. hab. *H* 13 ad occidentem] ab occidente *R* 14 est *om. LMGP* 15 hieme] hebeno *Plinius* a *om. S* media] meridiana *SAP contra Plinium* mari] maris C^a, *om.* P^1 eminet *LMG* igne *SA* 16 et *om. R* in quiete (quite *N*) i. fl.] estuosus P^1 17 copia] copia porro *P*, copia est porro *SA* parua et] parua sunt et P^2, nulla sunt (*om.* et) P^1 18 morsus non] morsum *H* hiscentia M^a et] sed *SAP* trahant] et (*om. P*) trahunt *CSAP*

ign. ritus et linguas exerant: quippe non in dentibus vim, sed in caudis
37,158 habent et verbere potius quam rictu nocent. ‖ exciditur e cerebris **30,** 16
draconum dracontia lapis, sed lapis non est nisi detrahatur viventi-
bus: nam si obeat prius serpens, cum anima simul evanescit duritie
soluta. usu eius Orientis reges praecipue gloriantur, quamquam nul-
lum lenocinium artis admittat soliditate et quicquid in eo nobile est,
non manus faciant nec alterius quam naturae candor sit quo reluceat.
auctor Sotacus gemmam hanc etiam visam sibi scribit et quibus inter- 17
cipiatur modis edocet. praestantissimi audacia viri explorant anguium
foveas et receptus: inde praestolati ad pastum exeuntes praetervecti-
que percitis cursibus obiciunt gramina medicata quantum potest ad
incitandum soporem: ita somno sopitis capita desecant et de manu- 18
biis praecipitis ausi praedam revehunt temeritatis.

.. 8, 69 ‖ Quae locorum Aethiopes tenent, feris plena sunt, e quibus quam 19
nabun vocant nos camelopardalim dicimus, collo equi similem, pedi-
bus bubulis, capite camelino, nitore rutilo, albis maculis superspersa.
animal hoc Romae circensibus dictatoris Caesaris primum publicatum. 20
8, 70 ‖ iisdem ferme temporibus illinc exhibita monstra sunt, cephos appel-
lant, quorum posteriores pedes crure et vestigio humanos artus men-

RCNH LMG(B) SAP

v. 2 exciditur — 13 temeritatis *compilavit Isidorus* 14, 5, 15. 16, 14, 7
v. 15 camelopardalim — 16 superspersa *compilavit Isidorus* 12, 2, 19 *coll.* 14, 5, 15.

---

1 exerant] exerunt *CSAP,* exerat *M*[a] uim sed in caudis] sed in caudis uenenum *H contra Isidorum* 2 uerber *N* e] ex *N*, a *G* 3 dracontia] *RCSAP cum Plinio,* dracontias *NHLMGP* est *om. H* uiu. detr. *H,* eximatur uiu. *SA* 4 durities *RCSAP* 5 uisu *R* orientes *M* 6 leocinium *N,* leonocinium *H* soliditatem *R* nobilem *N* 7 faciant] *RCNHM,* faciat *SA*, faciunt *LGP* 8 sotacus] *CSAP cum Plinio*, sotagus *R*, satogus *H*, sutacus *N*, solacus *LM*, sōlacus *G* 11 perscitis *LMP* curribus *A*, cubiis *S* potest] pote *M* 12 inuitandum *SP*, mutandum *A*[1], inmittendum *A*[2] sopore *M*, soperem *C*, saporem *G* sopitis] *Plinius et Isidorus*, obsitis *I* (*RCNH*) *et II* (*LMG*), obsopitis *III* (*SAP*) capita desecant] e capitibus execant lapides *SAP*[1] 13 seuehant temeritatas *M* lotorum *S*, locerum *A* 15 nabun] *RC*[a]*NSP cum Plinio*, nabum *C*[b]*HA*, nauum *LMG* camellopardalim *S*, camelopardalum *HA:* camelopardus *Isidorus* equis *NH* 16 bubalis *A*, bubulus *S* retilo *M* albis (abbis *M*) maculis superspersa (-sparsa *RCN*)] stellatam candidis maculis (*ins.* supersparse *S*, supersparsam *A*) *SAP*[2] 17 hoc animal *A* 18 isdem *RCHGP*, hisdem *NLMA*, istem *S* illic *H* exhibita] et habita *A* ceffos *RNHSAP*, cefos *C*, caeffusa *M*, c(a)efusa *LG:* caepus, cephus *Plinii libri* 19 posteriorum pedes *R*, posteriorum pedum *LMG* crure et] *RCNHMSA*, crura et a *LG*, crurae *P* humanus *N* artos *M*

tiuntur, priores hominum manus referunt: sed a nostris non amplius PL.
30, 21 quam semel visa sunt. || ante ludos Cn. Pompeii rhinocerotem PL. 8,
Romana spectacula nesciebant: cui bestiae color buxeus, in naribus
cornu unicum et repandum, quod subinde attritum cautibus in
mucronem excitat eoque adversus elephantos proeliatur, par ipsis
longitudine, brevior cruribus, naturaliter alvum petens, quam solam
intellegit ictibus suis perviam.
22 || Iuxta Nigrim fluvium catoblepas nascitur modica atque iners PL. 8,
bestia, caput praegrave aegre ferens, aspectu pestilenti: nam qui in
23 oculos eius offenderint, protinus vitam exuunt. || formicae ibi ad for- IGN.
mam canis maximi harenas aureas pedibus eruunt, quos leoninos
habent: quas custodiunt, ne quis auferat, captantesque ad necem
24 persequuntur. eadem Aethiopia mittit || lycaonem: lupus est cervice PL. 8,
iubatus et tot modis varius, ut nullum colorem illi dicant abesse.
25 || mittit et parandrum, boum magnitudine, bisulco vestigio, ramosis PL. 8,
cornibus, capite cervino, ursi colore et pariter villo profundo. hunc
parandrum adfirmant habitum metu vertere et cum delitescat fieri
adsimilem cuicumque rei proximaverit, sive illa saxo alba sit, seu fru-
26 tecto virens, sive quem alium modum praeferat. faciunt hoc idem in *cf.* PL. 9
mari polypi, in terra chamaeleontes: sed et polypus et chamaeleon 8, 12

RCNH LMG(B) SAP

v. 2 ante ludos — 7 perviam *adhibuit Isidorus* 12, 2, 12, *excerpsit Dicuil* 6, 32 *v.* 10 formicae — 13 persequuntur *compilavit Isidorus* 12, 3, 9 *v.* 13 Aethiopia — 14 abesse *compilavit Isidorus* 12, 2, 24.

---

1 priores] priores proinde (perinde *P*) *SAP* refererunt *R* sed] quae tamen *SAP*[1] 2 renocerotem *Dic.*, rhinoceroten *M* 3 buxeis *G* 4 cornum *S*, *om. G* unum *H* et repandum quod (qui *A*) subinde (subiende *M*) ... in *om. H* 5 eo *om. H* que] quod *Dic.* praeliantur *G* ipsis] i. prope *SAP* 6 naturaliter] naturali telo *SA* quam] quem *Dic.* 7 actibus *Dic.* 8 nigrim] *RNSAP*, nigri in *M*, tigrim *LG*, tigrin *H*, *deficit hians hoc loco C* catoplepas *LM*, catoplebas *G*, catoblepa *RC*[2]*NHSA*, *inc. C*[1] 9 pestilenti] bestia est *H* in *om. RNH* 10 oculis *S* protinus *om. A* uitam (uita *M*) exuunt] *LMGP*, uita (iuxta *S*) exeunt *RCNHSA* 12 captatisque *NSA* negem *G* 13 ceruice iubatus (iuuatus *R*, inuatus *N*)] *RCNMGSA*, ceruicem iubatus *LP*, ceruae uinctus *H* 14 ut nullum *bis M* colorem illi (*om. R*)] illi col. *SA* 15 parandrum] tarandrus *Plinii libri* bouum *LMP* bisulco] *III* (*SA*) *cum Plinio*: ungulae bifidae, hibico *I* (*CN*, ibico *H*, hibisco *R*), hiulco *II* (*LMGP*) 16 ursi] ursino *LMGP* 17 delitiscat *RC*, dilitiscat *LM*, delistescat *S*, delitiscant *N* 18 ad similitudinem *H* proximauerit] *RCNH*, proximarit *SAP*, proximat *LMG* albo *LMGP*[2] 19 uirenti *LMGP*[2] quem (que *G*) a. m. pr.] quam aliam praeferat qualitatem *SAP*[1] 20 mare *SA* terrae *S* cameleo *G*

PL. glabra sunt, ut pronius sit cutis laevitate proximantia aemulari: in
hoc novum est ac singulare hirsutiam pili colorum vices facere. hinc
evenit ut difficulter capi possit.
PL. 8, 123 || Aethiopicis lupis proprium est, quod in saliendo ita nisus habent 30, 2
alitis, ut non magis proficiant cursu quam meatu: homines tamen
numquam impetunt. bruma comati sunt, aestate nudi: thoas vocant.
PL. 8, 125 || hystrix quoque inde loci frequentissima, erinacii similis, spinis ter- 28
gum hispida, quas plerumque laxatas iaculatione emittit voluntaria, ut
PL. 10, 136 assiduis aculeorum nimbis canes vulneret ingruentes. || illius caeli ales 29
est pegasus: sed haec ales equinum nihil praeter aures habet. tra-
gopan quoque avis maior aquilis, cornibus arietinis praeferens arma-
tum caput.
PL. 12, 86. 89 || Aethiopes legunt cinnamum. || id frutectum situ brevi nascitur, 30
PL. 12, 91 ramo humili et represso, numquam ultra duas ulnas altitudinis: || quod
gracilius provenerit eximium magis ducitur: quod in crassitudinem
PL. 12, 89 extuberatur despectui est. || verum legitur per sacerdotes hostiis prius 31
caesis: quae cum litaverint, observatur, ut messis nec ortum solis
PL. 12, 90 anticipet nec egrediatur occasum. || quisquis principatum tenet, sar-
mentorum acervos hasta dividit, quae sacrata est in hoc ministerium:
atque ita portio manipulorum soli dicatur: quae si iuste divisa est,
sponte incenditur.
PL. 37, 125. 126 || Inter haec quae diximus nitore caerulo hyacinthus invenitur, 32
lapis pretiosus, si quidem inculpabilis reperiatur: est enim vitiis non

RCNH LMG(B) SAP

v. 7 hystrix — 9 ingruentes *compilavit Isidorus* 12, 2, 35 *v.* 13 Aethiopes — 16 despectui est *compilavit Isidorus* 17, 8, 10 *v.* 22 nitore — 136, 9 notatur *compilavit Isidorus* 16, 9, 3 *coll.* 14, 5, 15.

---

1 ut pr. sit (si *R*)] et pr. est *SAP*[2] leuitatem *RNH*, lenitatem *CLMGP*[1], leuitate speculi (speculu *S*) modo *SAP*[2] proximantia] proximanti *LMGP* 2 faceret *M* 3 capi possit] capissit *G* 4 salendo *N* nisi *H* 5 alites *M* curso *S* quam] q. homines *A* meatum *N*[1]*S*, adsultu *N*[2]*P*[2] 6 comati] iubati *SA* theas *H* 7 strix *H et Isidori libri boni* locis *R* frequentissime *RCN* erenacii *LM*, erinatii *G*, erinaceis *RCS*, erinaciis *H*, herynaciis *A*, erenaceis *P*, renaceis *N* 9 uulnerent *R* celtales *R*, caeli auis *C* 10 sed] et *P* ales] auis *C* nil *H* tragopa *A*, tragopam *LMG* 13 cinnamomum *H* *locum de cinnamo* §§ 30. 31 *denuo exhibent post* 33, 11 *ad Arabes conversum et subinde interpolatum* (*v. app.*) *codd. SA* id] in *G*, quod *S* 14 represso] depresso *Salmasius* 15 gratilius *G* dicitur *G* crassitudinem] crassum *SA* 16 extuberantur *N*, extubereatur *S* 17 litauerunt *NSP* mensis *HLM* 18 quiquis *M* 20 atque] *LMGSP*, inquae *RCN*, inque *A*, in qua *H* iuste] ius *N* 22 haec] ea *P*[1] caeruleo *RCNHS*

parce obnoxius: nam plerumqne aut violaceo diluitur aut nubilo ob- PL.
ducitur aut albicantius in aquaticum eliquescit: optimus in illo tenor,
si nec densiore fuco sit obtunsior nec propensa perspicuitate detec-
tior, sed ex utroque temperamento lucis et purpurae fucatum suaviter
30, 33 florem trahat. ‖ hic est qui sentit auras et cum caelo facit: nec IGN.
aequaliter rutilat, cum aut nubilosus est aut serenus dies. praeterea
in os missus magis friget. scalpturis certe minime adcommodatus,
ut qui tritum respuat, nec tamen penitus invictus: nam adamante
34 scribitur et notatur. ‖ ubi hyacinthus, ibi et chrysoprasus apparet: PL. 37, 1
quem lapidem lux celat, produnt tenebrae. haec enim est in illo
diversitas, ut nocte igneus sit, die pallidus. ‖ ex ipso solo sumimus PL. 36, 1
haematitem rubore sanguineo ac propterea haematitem vocatum.
31, 1 ‖ Quod ab Atlante usque Canopitanum ostium panditur, ubi PL. 5, 4
Libyae finis est et Aegyptium limen, dictum a Canopo Menelai guber- 128
natore sepulto in ea insula quae ostium Nili facit, gentes tenent dis-
2 sonae, quae in aviae solitudinis secretum recesserunt. ‖ ex his PL. 5, 4
Atlantes ab humano ritu prorsus exulant. nulli proprium vocabu-
lum, nulli speciale nomen. diris solis ortus excipiunt, diris occasus
prosequuntur ustique torrentis plagae sidere oderunt deum lucis.

RCNH LMG(B) SAP; Anon. Leid. (*p.* 63) *a* 13 quod
v. 9 ubi — 11 pallidus *compilavit Isidorus* 16, 14, 8 *coll.* 14, 5, 15
v. 11 ex ipso solo — 12 vocatum *compilavit Isidorus* 16, 8, 5 *v.* 13 ubi Libyae
— 15 facit *compilavit Isidorus* 14, 3, 28.

---

1 parte *H* uiolacio *RCN*, uiolatio *H* deluitur *G* obducitur] ut ducitur *M* aut *om. M* 2 abbicantius *R* aquanticum *M* liquescit *H* 3 desiore N^a suco *RCN*, succo *H* obtusior *H* detectior] *LP*, dectectior *M*, detentior *G*, deiectior *RCNHSA* 4 utroque] troque M^a fucatum] moderatum *SA* 6 nubilosus] *RCNLMGP cum Isidoro:* nubilo, nebulosus *HSA* aut serenus] aut (au M^1) s. est L^1MG 7 sculpturis H^2, scupturis *G* adcommodatum RC^1 8 ut] et *SA* tritum] trium M^a, attritum *SAP* punitus *N* inuictus] i. est *SAP* 9 et *om. NHA* chrysoprasus] *P*, chrisoprasus *L*, chrisoprasi *M*, chisoprassus *G*, chrisopassus *R*, grisopassus *C*, crisoptasius *H*, chrysotapsis *N*, chrysothapsus *A*, chrysuthapsus *S*, de crisotapso lapide *index M:* chrysoprasus *Isidorus bis;* chrysolapsis *Plin.* (*Bamb.*) *indeque* chrysolampis *Isidorus* 16, 15, 4 10 produnt tenebrae] produnt (prodit *A*) obscurum *SA* est *om.* L^a 11 diuisitas *H* die pallidus] palladius *H* 12 h(a)ematiten *RNSA* hematiten uocatum *A*, haemantites uocatus *S* 13 athante M^a usque] ad usque *SAP* ibi [*H*] 14 egyptum *A* 15 sepulto in . . . facit (faciat M^a)] ibi sepulto (*rel. om.*) *SA*, ibi sepulto in . . . facit *P* 16 in auiae] inuiae [*H*] solitudines *A* 17 humanu *N* exultant *A* 18 diris] C^2SA, diri *reliqui* ortus *om. M* diris] *RCNSA*, diri **HLMGP* 19 ustique] *SA*, utique *RCN *H*, ustique undique *LMGP* plagae sidere] plagae federe *S*, plaga est dire [*H*], plaga est de re *Leid.*, *inc. N*

IGN. adfirmant eos somnia non videre ‖ et abstinere penitus ab animalibus
..5, 45. IGN. universis. ‖ Trogodytae specus excavant, illis teguntur. ‖ nullus ibi **31, 3**
. 37, 167 habendi amor: a divitiis paupertate se abdicaverunt·voluntaria. ‖ tan-
tum lapide uno gloriantur, quem hexecontalithon nominamus, tam
diversis notis sparsum, ut sexaginta gemmarum colores in parvo orbi-
PL. 5, 45 culo eius deprehendantur. ‖ homines isti carnibus vivunt serpentium
ignarique sermonis stridunt potius quam loquuntur. Augilae vero 4
solos colunt inferos. feminas suas primis noctibus nuptiarum adul-
teriis cogunt patere, mox ad perpetuam pudicitiam legibus stringunt
severissimis. Gamphasantes abstinent proeliis, fugiunt commercia, nulli 5
se extero misceri sinunt. Blemyas credunt truncos nasci parte qua
caput est, os tamen et oculos habere in pectore. Satyri de homini-
bus nihil aliud praeferunt quam figuram. Aegipanes hoc sunt quod 6
pingi videmus. Himantopodes fluxis nisibus crurum serpunt potius
quam incedunt et pergendi usum lapsu magis destinant quam ingressu.
Pharusi cum Herculi ad Hesperidas pergenti forent comites, itineris
taedio hic resederunt. hactenus Libya.
PL. 5, 48 ‖ Aegyptus a meridie introrsus recedit quoad praetendant Aethiopes **32,** 1
a tergo. inferiorem eius partem Nilus circumfluit, qui scissus a loco,

RCNH LMG(B) SAP; Anon. Leid. (*l. c.*) *ad* 17 Libya *et* (*p.* 65) *inde ab* 18 Aegyptus
v. 1 adfirmant — videre: *similia Ammianus* 15, 3, 6 *v.* 3 tantum — 6 deprehendantur *compilavit Isidorus* 16, 12, 5 *v.* 11 Blemyas — 12 pectore *compilavit Isidorus* 11, 3, 17 *v.* 14 pingi videmus] *cf. Augustinus c. d.* 16, 8: hominum genera quae in maritima platea Carthaginis musivo picta sunt *v.* 18 Aegyptus — 139, 11 mari *excerpsit Dicuil* 6, 6—11; *v.* 18 Aegyptus — 19 circumfluit *compilavit* (*adhibito Orosio* 1, 2, 12) *Isidorus* 14, 3, 27. 28.

1 ab *om. SA* 2 trodite *C*, trolite *R*, troglodytae *P* excauent *M* 3 ac] ad *N* diutiis *S* se] sed *N* abdicarunt [*H*] uoluntarie *S* 4 quam *LMG* execontalithon *SAP*, ex(s)econtalithum *RCNLG Leid.*, execontalium *M*, excontalitum [*H*] nominant *SA* 5 sparsis *A* sexaginta] xl *RC*[1] 6 depraehendatur *G* homines] et *S*, *om. A* serpentum *RCNS* 7 stridunt p. q. l. *om. M* augilae] *RCN*[*H*], authgile *Leid.*, augul(a)e *AP*, angulae *S*, augire *LMG*, gens augilum *index M* uere *RCN* 8 solis *N* suas *om. SA* primus *S* adulteris **HM*[a] 9 colunt *R* mos *P* pudicitiae *M* 10 gamfasantes [*H*]*S*, gamfanantes *A*[1] nulli (nullis *S*) se extero (excitero *M*, externo *SA*)] *LMGSAP*, nulli extero *CN*H*, nulli *R* 11 sciunt *G* blemyas] blemias [*H*]*MG*, blemmias *Leid.*, blemmyas *A* *post* blemyas *ins.* sed . . . incolunt (*v. app.*) *SAP* 12 sitiri *S* 13 nil [*H*] aegiphanes [*H*] quo *M* nidemus] demus *L*[1] hymantopedes [*H*] serpunt] saepiunt *C*[a], repunt *LMGP* 15 lapsum *R* gressu [*H*] 16 hesperidas] *RCN*HMS*, hespiridas *A*, (h)esperias *LGP* pergenti] p. fugienti *N* 17 residerunt *GS* 18 a (*om.* [*H*]) meridie] *libri cum Isidoro*, ad meridiem *Dicuil cum Plinio et Capella* quoad praetendant] *LGSAP*, quod ad praetendat *M*, quoad praetendunt *RCN*H*, quoad praehendunt *Dic.* 19 interiorem *RCN*H Dic. contra Plinium*

cui Delta nomen est, ad insulae faciem spatia amplectitur interamna PL.
32, 2 | et incerto paene fonte decurrens proditur ut loquemur. originem PL. 5, 51
habet a monte inferioris Mauretaniae, qui Oceano propinquat. | hoc SOL.
adfirmant Punici libri: | hoc Iubam regem accipimus tradidisse. igi- PL. 5, 51
3 tur protinus lacum efficit quem Nilidem dicunt. Nilum autem iam
inde esse coniciunt, quod hoc stagnum herbis piscibus beluis nihil
minus procreet quam in Nilo videmus ac si quando Mauretania, unde
origo eius, aut nivibus densioribus aut imbribus largioribus inrigatur,
4 incrementa exundationis in Aegypto augeantur. || sed effusus hoc PL. 5, 52
lacu harenis sorbetur et cuniculis caecis absconditur: deinde in Cae-
5 sariensi specie prorumpens ampliore eadem indicia praefert quae in
exortu notavimus rursusque subsidit nec se prius reddit quam post
intervalla itineris extenti contingat Aethiopas, ubi exit et Nigrim facit
fluvium, || quem supra diximus esse terminum limitis Africani. Asta- PL. 5, 53 c
pum eum inde gentes vocant, scilicet aquam e tenebris profluentem. SOL. 27, 30, 1

RCNH LMG(B) SAP; Anon. Leid. (l. c.)

v. 2 originem — 7 videmus: *similia Ammianus* 22, 15, 8 *v.* 5 lacum — dicunt *adhibuit Isidorus* 13, 21, 7.

---

1 della *L* interamna] *RCNSP Dic.*, interamni *A*, interamnana *M*, interna **H*, interammana *L*, interrammana *G* 2 et incerto *om.* P^1 proditur *om.* C^a loquimur *M* 3 propinquat] incumbit SAP^2 hoc . . . 4 tradidisse *om.* [*H*] 4 regem] gem R^1 5 lacus *RCN*H* nilidem (-den *Dic.*)] *LMGSAP Dic. cum Plinio et Isidori libris optimis* (*Weilb. et supra versum Voss.*) nilum *RCN*H cum Isidori codd. plerisque* 6 esse *om.* P^1 coniectant [*H*]*SA et pro gl.* P^2 herbas pisces belual (*sic*) *Dic.* nil [*H*] 7 procreat [*H*] *Dic.*, procreet et *N* ac si] *LMSAP*, at si *G*, *om. RCN*H Dic.* mauritaniae *Dic.* unde] *III* (*SAP*), undique *I* (*RCN*H Dic.*) *et II* (*LMG*) 8 eius] *RLMG Dic.*, eius est *CN*HSAP* aut] a *RCN Dic. Leid.*, an [*H*] inrigatur incrementa] *II* (*LMGP*), incremento inrigatur *III* (*SA*), inr. unde incrementa *I* (*RCN*H Dic.*) 9 exundationes *A* augeatur L^1, augentur *Dic.* hoc] a hoc *Dic.* (*Dresd.*) 10 cesis *R* caesariensi specie] *I* (*RCN*, caesariensis penita *Leid.*, caesariensis petita [*H*]) *II* (*LMG*) *III* (*SAP*)*:* Caesariensi specu, *quod habet Dicuil*, *quamquam defendi videtur a Plinio:* lacu maiore in Caesariensis Mauretaniae gente . . . erumpit *non ausus sum retinere* 11 ampliore] ampliori *III* (*SA*) *cum Plinio* (*vide ante*), amplior *II* (*LM*[?]*GP*), ampliora *I* (*RCN*H Dic.*) indigia *R*, indica C^a praefer [*H*], profert *Dic.* (*Dresd.*) 12 exortum *C Dic.* subsidet *LM* prius *bis A* quam post] postquam *Dic.* (*etiam Dresd.*), quam postquam [*H*] 13 extendi *P*, extentis *M* et *om. LMGP* nigrim] *III* (*SAP*), nigrum *I* (*RCN Dic. Leid.*) *et II* (*LMG*), tigrin [*H*] 14 quam H^a astapum] *RCN*HMSA cum Plinio*, astapuni P^1, astacponi *G*, astapunici *L*, astacum P^2 15 inde gentes] $N*HLGAP^2$ *Dic.*, indigentes *MS*, indegetes C^b, gentes inde *R*, indigenae P^1, *inc.* C^a*:* cognominatus Astapus, quod illarum gentium lingua significat aquam e tenebris profluentem *Plinius*

PL. Multas magnasque ambit insulas: quarum pleraeque sunt tam 32, 6
[diffusae et] vastae magnitudinis, ut vix eas dierum quinque cursu
praetermeet, quamvis concitus ibi feratur. nobilissima earum est Meroe, 7
circum quam divisus dextero alveo Astosapes, laevo Astabores nomi-
PL. 5, 54 natur. || tunc quoque emensus magna longinqua, cum primum occur-
santibus scopulis asperatur, tantis agminibus extollitur inter obiecta
rupium, ut ruere potius quam manare credatur: demumque a cata-
quennes concipiant, sed ultra octavum annum vivendi spatium non
32 protrahant. ‖ sunt qui cervicibus carent et in umeris habent oculos. PL. 7, 2
‖ sunt qui silvestres, hirti corpora, caninis dentibus, stridore terrifico. PL. 7, 24
‖ apud eos vero, quibus ad vivendi rationem exactior cura est, multae IGN.
uxores in eiusdem viri coeunt matrimonium, et cum maritus homine
decesserit, apud gravissimos iudices suam quaeque de meritis agunt
causam, et quae officiosior ceteris sententia uicerit iudicantium, hoc
palmae refert praemium, ut arbitrio suo ascendat rogum coniugis et
supremis eius semet ipsam det inferias: ceterae nota vivunt.
33 Enormitas in serpentibus tanta est, ut cervos et animantium
alia ad parem molem tota hauriant, quin etiam oceanum Indicum
quantus est penetrent insulasque magno spatio a continenti separatas
pabulandi petant gratia. idque ipsum palam est non qualibet magni-

RCNH LM (*passim corruptus, deficit totus inde a* 8 sunt) *QG*(*B*) *SAP*
v. 2 Gangis — 6 certum est *excerpsit Dicuil* 7, 36 *v.* 6 perhibent — 8 oculos: *similia Augustinus l. c.*

---

1 defendi] defen C^a supinati *Q*, *def. M* 2 suarum *om. SA* inumbrantur *HGP*[1] 3 qui accolunt] que colunt *Dic.* nullis A^b, nullus *P*, quod nullius *Dic.* ad eum opis] escae opus *Dic.* indigi] *LMQGP*, indice *R*, indicae *N*, indigent *CHA*, indigent sed tantum *Dic. haec referens mutata*, indie *S* odoris *S* uiuunt] ibunt *Dic.* (*Dr. Par.*) 4 illi *Dicuil* ut *om.* C^1 5 olfatu *HG* spitum *Q* traxerit C^1 examinari *QSP* 7 concipiunt *H* annum] annum et *G* spatia *SA* 8 protrahant] *RSA*, protrahunt *CNHLQGP*, *inc. M* inter humeros *H* 9 qui] quae *H* siluestria *RC* 10 exactior] perpensior *SA* 11 homine *om. RCNH* 12 sua *S* maritis *H* 13 officiosior] *CLQGSAP*, officio *RH*, oficior *N*, *inc. M* ceteras *H* sententia] R^b*HLQBP*, sententiam R^a*CNGSA*, *inc. M* iudicum uicerit *SAP* 14 arbitratu *SA* 15 nota] cum nota *H* uiuant *LQG*, *inc. M* 16 cerus R^aC^1 animantum *RCNQAP* 17 patrem *P* tota] mota *RC*, *om. NH* 18 penetrent] per *H* insulasque] et insulas quae *Q*, insulas quas *H*, insulas *SA*, et siluas *P* magno] longissimo *SAP* a *om. RCNH* continet *H* 19 populandi *RCNH* petunt *Q* idque . . . 189, 1 euenire (uenire *LQGP*[1]) ut] quod coram est potentia amplissimae magnitudinis fieri qua *SAP*[2] palam] pabulam *Q*

IGN. tudine evenire, ut per tantam sali latitudinem ad loca permeent destinata.

Sunt illic multae ac mirabiles bestiae, quarum e multitudine et **52**, 34
PL. 8, 72 copia vel particulam persequemur. ‖ leucocrota velocitate praecedit feras universas: ipsa asini feri magnitudine, cervi clunibus, pectore ac cruribus leonis, capite melium, bisulca ungula, ore ad usque aures dehiscente, dentium locis osse perpetuo. haec quod ad formam: nam voce loquentium hominum sonos aemulatur.

PL. 8, 73 ‖ Est et eale, alias ut equus, cauda elephanti, nigro colore, maxillis 35
aprugnis, praeferens cornua ultra cubitalem modum longa ad obsequium cuius velit motus accommodata: neque enim rigent sed moventur, ut usus exigit proeliandi: quorum alterum cum pugnat protendit, alterum replicat, ut si ictu aliquo alterius acumen offenderit, acies succedat alterius. hippopotamis comparatur: et ipsa sane aquis fluminum gaudet.

PL. 8, 74 ‖ Indicis tauris color fulvus est, volucris pernicitas, pilus in con- 36
trarium versus, hiatus omne quod caput. hi quoque circumferunt cornua flexibilitate qua volunt. tergi duritie omne telum respuunt et tam inmiti feritate, ut capti animas proiciant furore.

RCNH LQG(B) SAP
v. 16 Indicis — 19 feritate *compilavit Isidorus* 12, 1, 29.

---

1 soli *RCNH*, salis *A* pertinent *R*, permeant *AP*, permaneant *S* 3 ac mirabiles (-lis *N*)] admirabiles *P* quarum] qua *H*, harum *SA* e multitudine et copia] e copia *SA*, *om. P* 4 uel particulam] partem SAP^1 persequimur *Q* leucocrota] *reliqui*, leucorota *index M*, leucrocota *H cum Plinio* uelocitas *R* 5 feri] fieri *HA* 6 ac] a *QG* leonis] *RCNHQSA*, leoninis *LGP* melium] *II* (*LQGP*), elium *I* (*RCN*, *om. H*), melino *III* (*S*, camelino *A*) *cum Plinio* ore] ore et *G* 7 locus *H* quid *A* nam uoce (-cem *LQ*)] uoce autem *SAP* 8 sonus *LQ* aemulator *S* 9 eale] hae *Q* alias ut eq.] ut eq. cetera *SAP* cauda] cauda ut *R*, cauda (cada P^1) uero SAP^1 maxillas P^1 10 aprugnis] $RCSA^aPL$, apruinis *N*, aprinis $HQGA^b$ cubitale *R* longa ad] langa *G* 11 uelut *A* modus R^a mouentur] flectuntur *SA* 12 ut] et *L* cum] com *N*, quocum *P* pr(a)etendit *RCNH* 13 ictu . . . offenderit] nisu aliquo fuerit alt. ac. obtunsum (-tusum P^1) SAP^1 14 aces succendat *N* alterius *om. G* hippotamis *HA* 15 fluminum] plurimum *H* 16 fuluus] fluuius *N*, luus *G* uolucri *P* 18 flexibilatate *N*, flexilitate *LGPQ* quam *R* malunt *A*, maliunt *S* duriti(a)e] *RCNL*, duritia *HGQSAP* telum] caelum *G* respuunt et] *II* (*LQG*) *cum Isidoro:* respuunt, respuente *I* (*RCNH*), respuentes *III* (*SAP*) 19 feritate] *RCNH cum Plinio et Isidoro*, ferocitate *LQG*, ferocia *SAP* proficiant *R*

52, 37 ‖ Mantichora quoque nomine inter haec nascitur, triplici dentium PL. 8, 7
ordine coeunte vicibus alternis, facie hominis, glaucis oculis, sanguineo
colore, corpore leonino, cauda velut scorpionis aculeo spiculata, voce
tam sibila ut imitetur modulos fistularum [tubarumque concinentum].
38 humanas carnes avidissime affectat. pedibus sic viget, saltu sic potest,
ut morari eam nec extentissima spatia possint nec obstacula latis-
sima. ‖ sunt praeterea boves unicornes [et tricornes] ‖ solidis ungulis PL. 8, 73
nec bifissis.
39 Sed atrocissimus est monoceros, monstrum mugitu horrido, equino
40 corpore, elephanti pedibus, cauda suilla, capite cervino. cornu e
media fronte eius protenditur splendore mirifico, ad magnitudinem
pedum quattuor, ita acutum ut quicquid impetat, facile ictu eius per-
foretur. vivus non venit in hominum potestatem et interimi quidem
potest, capi non potest.
41 ‖ Aquae etiam gignunt miracula non minora. ‖ anguillas ad tri- SOL. PL.
cenos pedes longas educat Ganges. ‖ quem Statius Sebosus inter PL. 9, 4
praecipua miracula ait vermibus abundare caeruleis nomine et colore.
hi bina habent brachia longitudinis cubita non minus sena, adeo

RCNH LQG(B) SAP

v. 7 sunt — 14 capi non potest *exscripsit Dicuil* 6, 31, *compilavit adsumpto Gregorio* (*moral.* 31, 15, 29) *Isidorus* 12, 2, 12 *v.* 15 anguillas — 191, 2 profundum *exscripsit Dicuil* 6, 30; *v.* 15 anguillas — 16 Ganges *aut ex Plinio aut ex Solino Isidorus* 12, 6, 41.

---

1 manticora *libri praeter G* 2 ordine] uersu *SAP*[1] coeunt *Q* uicibus] ordinibus *SAP*[1] 3 ueluti *SAP* speculata *S*, spinata *H* 4 tam] tanquam *H* imitentur *LQ* tubarumque (turbarumque *G*) concinentum (-tium *Q*, concentum *P*) *II* (*LQGP*) *cum Plinio:* uocis ut si misceatur fistulae et tubae concentus, *om. I* (*RCNHSA*) 5 affectant *H*[a] saltus *S*, saltibus *H* 6 mi∗rari *A* ea *R* extensissima *LBP*, extendissima *N* obsticula *RN* latissima] altissima *B solus* 7 et tricornes (tricones *Q*) *II* (*LQGP*) *cum Plinio* 8, 73, *om. I* (*RCNHSA et una cum seq.* sol. u. n. bifissis *Dicuil*) *cum Plinio* 8, 76 9 atrocissimus] *RCNLG Dic.*, atrocissimis *H*, atrocissimum *SAP* moceros *R*[a] horridu *S*, horridum *A* 10 elephantis *H* cauda suilla] claudis uillosis *Dic.* e] a *RCNH Dic.*, enim *Q* 11 eius fronte *SA* praetenditur *S* mirificum *LQG* magnitudinem] *I* (*RCNHSA Dic.*), longitudinem *II* (*LQGP*) 12 facili ictu *AP*, faciluctu *S* eius *om. SA* 13 uiuus] cuius *R*, uus (?) *H*[1], uiui *H*[2] potestate *G* et *om. C* interemi *S*, interim *G* quidem potest] q. est *S* 15 aquae] atque *RCN* minora] minuunt *G* 16 sebossus *QSAP*, ebosus *H* 18 hi bina] habina *N Dic.* cubitorum n. m. senorum *Dic.*, n. m. cubita sena *SAP:* LX cubitorum *Plinius* non] no *Q*

PL. robustis viribus, ut elephantos ad potum ventitantes mordicus con-
prehensa ipsorum manu rapiant in profundum.
PL. 9, 4 ‖ Indica maria balaenas habent ultra spatia quattuor iugerum, 52, 42
PL. 9, 8 ‖ sed et quos physeteras nuncupant, qui enormes supra molem in-
gentium columnarum ultra antemnas se navium extollunt haustosque
fistulis fluctus ita eructant, ut nimbosa adluvie plerumque deprimant
alveos navigantium.
10, 117 ‖ Sola India mittit avem psittacum colore viridem torque puniceo, 43
cuius rostri tanta duritia est, ut cum e sublimi praecipitat in saxum,
nisu se oris excipiat et quodam quasi fundamento utatur extraordi-
nariae firmitatis: caput vero tam valens, ut si quando ad discendum 44
plagis sit admonendus (nam studet ut quod homines loquatur), ferrea
10, 119 clavicula sit verberandus. ‖ dum in pullo est atque adeo intra alterum
auct. aetatis suae annum quae monstrata sunt et citius discit et retinet
tenacius: paulo senior et obliviosus est et indocilis. inter nobiles 45
et ignobiles discretionem digitorum facit numerus: qui praestant,
quinos in pedes habent digitos, ceteri ternos. lingua lata multoque
latior quam ceteris avibus: unde perficitur, ut articulata verba peni-

RCNH L[*L*](*incipit v.* 15 paulo)*QG*(*B*) *SAP*

v. 3 Indica — 7 navigantium *exscripsit Dicuil* 7, 25 *v.* 8 sola — 192, 1 eloquatur *compilarunt Priscianus v.* 1033. 1034 *et Isidorus* 12, 7, 24; *similia Appuleius flor.* 2, 12.

---

1 elephantes *Dic.* uentantes *A* mordicu *S*, mordicitus *R*, modicus *H*, mordaci *Dic.* comprehensos *SAP Dic. contra Plinium* 3 indica ... iugerum *om. RC* ballenas *libri*, bellenas *Q Dic.* iugerum] i. in longitudine *Dic.* 4 sed et] sunt et *S* (?), sunt *H* fiseteras *LG*, fisiteras *RC*, fusiteras *H*, fusiterant *N*, fusiteres *Dic.*, fisteras *Q*, fyseteras *A*, syseteras *S*, fysetas *P* nuncupant] nominant *LQGP* supra molem] ultra modum *SA* 5 ultra] utra *N*, supra *SA* antemnes *Q* extollant *QG* 6 fistulos *S* ita] indita *Dic.* (*Dr.*) nibosa *R* adluuie] diluuie P^2 deprimunt] *S* 7 alueo *A* nauigium *SA* 8 auem sittacum *C*, psitt. au. *SA* uiride *C*, uiridi *H*, uidem *Q* 9 cui *G* e] se e H^a, *om.* $R^a Q$ praecipitatur $N^2 A$ 10 nisi *NHQ*(?) fundamento] praesidio SAP^2 extra ordinem *RC* 11 tam] tantum *H* ad] a *S* 12 sit] siet *LQP* admonendus] ammonefidus *G* nam] non *H* homine *Q* loquatur] loquantur R^a, adloquatur *LQGP* 13 clauicula *om. H* dum] nam cum *RCNH* in pullo] pullus SAP^2 *cum Appuleio* atqui *A* 14 monstrate *G* 15 tenacius ret. *SAP* paulo senior (segnior [*L*]) et obl. est] maior paulo (pullo *Salmasius*) segnior est et obl. *SAP; senex captus et indocilis est et obliviosus Appul.* 16 et ignobiles] *II* (*L*[*L*]QGP^1), et plebeios SAP^2, *om. RCNH* 17 in pedes *om. SA* dig. hab. *G* mutaque *Q* 18 ceteris] aliis *SAP*

tus eloquatur. ‖ quod ingenium ita Romanae deliciae miratae sunt, SOL.
ut barbari psittacos mercem fecerint.

52, 46 ‖ Indorum nemora in tam proceram sublimantur excelsitatem, ut PL. 7, 2
47 transiaci ne sagittis quidem possint. ‖ pomaria ficus habent, quarum PL. 12,
codices in orbem spatio sexaginta passuum extuberantur: ramorum
umbrae ambitu bina stadia consumunt: foliorum latitudo formae Ama-
48 zonicae peltae conparatur: pomum eximiae suavitatis. ‖ quae palustria PL. 16,
sunt, harundinem creant ita crassam, ut fissis internodiis lembi vice
vectitet navigantes. ‖ e radicibus eius umor dulcis exprimitur ad PL. 12,
49 melleam suavitatem. ‖ Tylos Indiae insula est: ea fert palmas, oleam PL. 12,
creat, vineis abundat. terras omnes hoc miraculo sola vincit, quod
quaecumque in ea arbos nascitur, numquam caret folio.

50 ‖ Ibi mons Caucasus, qui maximam orbis partem perpetuis iugis PL. 12,
penetrat, fronte qua soli obversus est arbores piperis ostentat, quas
51 ad iuniperi similitudinem diverse fructus edere adseverant. qui paene
inmaturi exeunt, dicitur piper longum: quod incorruptum est, piper

RCNH L[L]QG(B) SAP

v. 9 e radicibus — 10 suavitatem *compilavit Isidorus* 17, 7, 58 *adsumptis scholiis Bern. Lucani* 3, 237 *v.* 10 Tylos — 12 folio *excerpsit Dicuil* 7, 25, *compilarunt Priscianus v.* 1059—1062 *et Isidorus* 14, 3, 5. 14, 6, 13: *similia Augustinus de civ. dei* 21, 5, 1 *v.* 13 ibi mons — 193, 2 colore *compilavit Isidorus* 17, 8, 8.

---

1 eloquantur *R* miratae sunt] miras *N* 2 barbaris *P* sittacos *C* mercedem *NH* 3 in tam p. s. excelsitatem] ita procera s. excelsitate *H* 4 trasiaci *N* ne] nec *H* pomarias *L*[*L*]*QG* ficos *RCNL*[*L*] 5 caudices *A*, cordices *G* orbem (orbe *H*) spatio (spatia *LG*, *om.* [*L*]) s. p. extuberantur] s. p. spatium enorme crassescunt *SA*, orbem spatia s. p. extuberantur spatium enorme crassescunt *P* 6 consumunt] consuunt *RC*, consunt *N*, concludunt *H*, consumant *Q* amazoniae *H* 7 pelae *Q* comparantur *NS* pomum *om. H* suauitati *LQ* 8 intermediis *H* lemni u. uectitent *SA* 9 eius *om. RCNHG* expr. hum. dulc. *SAP* 10 me***leam R^a thilos *Dic.*, tilus *Q* 11 terras omnes (-nis *N*) hoc] terrarum omnis *H* habundat *Dic.* 12 arbos] *LQGS*, arbor *RCNH*[*L*]*APDic.* foliis *Dic.* 13 ibi mons caucasus] m. c. inde incipit SAP^1 qui *om. Q* part. orb. *H* 14 penetrat] p. idem *SAP* frontem *H* qua] que *G* arboris *R* quasi *G* 15 iunipiri *N* diuersi RC^1(?), diuersos C^2 edere] ede R^a adseuerantur *G* qui p. i. exeunt] eorum qui primus erumpit uelut corylorum fimbria *SA; de* P^1 *vide app.;* quod immaturum est, piper longum vocatur *Isidorus* 16 dicitur] *RCNH*[*L*]*SA*, dicuntur LGP^2 quod (quo C^a) incorruptum est] qui incorrupti $L[L]QGP^2$

PL. album: quorum cutem rugosam et torridam calor fecerit, nomen trahunt
de colore.
. 12, 20 || Hebenum ex India Mithridatico triumpho Romae primum Magnus **52**, 52
2,104. SOL. Pompeius exhibuit. || mittit India et calamos odoratos || et multa alia (55)
fragrantia mirifici spiritus suavitate.
!7,56.61 || Indicorum lapidum in adamantibus dignitas prima, || utpote 53
qui lymphationes abigunt, venenis resistunt, mentium vanos metus (56)
SOL. pellunt. || haec primum de his praedicari oportuit, quae respicere ad 54
utilitatem videbamus: nunc reddemus quae adamantium sint species (57)
37, 56 et quis colos cuique. || eximius in quodam crystalli genere invenitur,
*materiae in qua nascitur adaeque similis splendore liquidissimo, in
mucronem sexangulum utrimque secus leviter turbinatus nec umquam
ultra magnitudinem nuclei Abellani repertus. huic proximus in ex- 55
cellentissimo auro deprehenditur, pallidior ac magis ad argenti colorem (58)
37, 58 renitens. || tertius in venis cypri apparet, propior ad aeream faciem.
quartus in metallis ferrariis legitur, pondere ceteros antecedens, non
tamen et potestate. nam et hic et qui in cypro deprehenduntur frangi 56
(59)

RCNH L[L]QG(B) SAP

v. 4 mittit — 5 suavitate *adhibuit fortasse Isidorus* 17, 8, 13 *v.* 6 Indicorum — 8 pellunt *compilavit Priscianus v.* 1063. 1064; *v.* 6 indicorum — 194, 10 auferat *cum Plinianis adhibuit Isidorus* 16, 13, 2. 3 *cf.* 12, 1, 14.

---

1 torridam] horridam *A* color *G*, calore *H* *post* fecerit *ins.* qui deinde caducus torretur fervido solo *SA* nomen trahunt] uocamen trahit *SA* *post* colore *locum de pipere et hebeno* at qui ex ipsa — honorantur (*v. app.*) *ins. SA similiterque* P^1 3 hebenum] hebeno R^a, *post* pompeius *H* ex india *om.* P^1 rom. mithr. tr. SAP^1 4 et *om. RCNH* *post* odoratos (oderatos *Q*) *ins.* potentes aduersum intestinae aegritudinis incommoda dat SAP^1 alia *om. S* 5 fraglantia $NHGA^b$, flagrantia $RCL[L]QSA^aP$ suauitatem *NH*, gratia P^2, suauitate (-tem *S*) grata *SA* 6 indiae *[L]SAP* 7 abigunt] adimant SAP^2 resistant *[L]SAP* mentium] pauitantium *SA contra Plinium:* metus vanos expellit a mente uanus *N* 8 pellant *SAP* praedicare *GB* (*deficit L*) oportet *H* 9 reddimus *Q*, redolemus *H* quae] quod *RN*, quot *CHG* adamantum *RCN[L]GSP* sint] sit *N*, *bis H* 10 et *om. SAP* colos] N^bSA^a, colus N^a, color *reliqui* cuique] $HSAP^2$, quique $RCNLQGP^1$, quisque *[L]* eximu * *Q* 11 materiae] *P emendans,* materia *reliqui* adaeque similis splendore (splendo *A*) ad dore *H* 13 nuculei *NS* abellani] *RCNHS*, auellani *A*, auellanae *L[L]QGP* reptus *G* huhic *G*, hic *H* proximus] primus *RCNH* 14 pallidior] alter p. *R*, secundus p. *L[L]QG* ad *om. R* colore *R*, colores *A* 15 renitens] retens R^a, renidens *NH*, retinens *Q* proprior *NLGS* aeriam *CNH*, aaeriam *A*, ediam *R* 16 quatuor *G* ceteros] et ceteros *Q* 17 hic] hi *C[L]* et qui] qui *S*

queunt, plerique etiam adamante altero perforantur. at illi quos pri- PL.
mos significavimus nec ferro vincuntur ‖ nec igni domantur: verum PL. 37,
tamen si diu in sanguine hircino macerentur, non aliter quam si
calido vel recenti, malleis aliquot ante fractis et incudibus dissipatis
aliquando cedunt atque in particulas dissiliunt. ‖ quae fragmenta PL. 37,
scalptoribus in usum insigniendae cuiusce modi gemmae expetuntur.
52, 57 ‖ inter adamantem et magnetem est quaedam naturae occulta dissensio, PL. 37,
(60) adeo ut iuxta positus non sinat magnetem rapere ferrum vel si ad-
motus magnes ferrum traxerit, quasi praedam quandam adamans
magneti rapiat atque auferat.
58 (61) ‖ Lychniten perinde fert India, cuius lucis vigorem flagrantia PL. 37,
59 excitat lucernarum, qua ex causa lychniten Graeci vocaverunt. duplex
(62) ei facies: aut in purpurae emicat claritatem aut meracius suffundi-
tur cocci rubore, per omne intimum sui, si quidem pura sit, in-
offensam admittens perspicuitatem: at si excanduit radiis solis incita
vel ad calorem digitorum attritu excitata est, aut palearum cassa aut
60 chartarum fila ad se rapit: ‖ contumaciter scalpturis resistens ac si PL. 37,
(63) quando insignita est, dum signa exprimit, quasi quodam animali
morsu partem cerae retentat.

RCNHL (*deficit* 15 *in* perspi)[*L*]*QG*(*B*) *SAP*
v. 2 nec ferro — 10 auferat *compilavit Priscianus v.* 1065—1070; *similia Augustinus de civ. dei* 21, 4, 4 *v.* 11 lychniten — 12 vocaverunt *adhibuerunt Priscianus v.* 1071. 1072 *et Isidorus* 16, 14, 4 *v.* 17 scalpturis — 19 retentat *Plinianis attexuit Isidorus* 16, 14, 4.

---

1 adamante] ab ad. *HLG* primum *Q* 2 significamus *H*, diximus SAP^2 igne [*L*]*AP* dominantur *N*, soluuntur SAP^2 3 tamen *om. SA* hircinio *A* macerentur] sint macerati SAP^2 non *om. RCNSA contra Plinium* alter *S* 4 uel (e *ins. G*) recenti] frigidoue AP^2, fiegido uel *S* 5 particulis N^a 6 sculptoribus *H* cuiusce] cuiuscumque *SAP* modi gemmae] modae gratiae *H* 7 amantem *G* magneten *LQG* natura *C* dissentio *Q* 8 magneten *G* 9 traxit *R* adamans (-mas RP^2) magneti] quicquid magneti haeserit adamans (-mas P^1) SAP^1 11 lychniten] *NS*, lichniten *RCHA*, lychniteñ (*sic*) *P*, lygnitem *L*, ligniten *G* deinde *A* locis N^a uigorem] uigor *Q*, ardor SAP^1 flagrantiam *Q* 12 quia *Q* lychniten] *N*, lichniten *RCHA*, lycniten *S*, lygniten *L*, ligniten *QG* 12 uoca- uocauerunt *G* 13 in purpurae ($RCNH^bQ$, purpureae H^a, purpuream *L*[*L*]*G*) emicat claritatem (claritem *R*)] enim purpurae (-rea *P*) emicat claritate *SAP* 14 omne *P*, omnem *reliqui* intimum] initium *S* 15 admittit *L*[*L*]*G*, con- mittit *Q* at] ac *Q* incita] icta SAP^2 16 colorem *HQG* adtritum *R*· excitata] *RCNQSAP*, excita *HGB*, excitatus [*L*] 17 fida *A* resistens *N* 18 signata *S* inprimit [*L*]*QSA* animalis *H* 19 caereae *G* retentant *BS*, tentat *G*, *om. A*

37, 76 ‖ Beryllos in sexangulas formas Indi atterunt, ut hebetem coloris 52, 61
lenitatem angulorum repercussu excitent ad vigorem. beryllorum (64)
genus dividitur in speciem multifariam: eximii intervirente glauci et
caeruli temperamento quandam praeferunt puri maris gratiam. infra 62
hos sunt chrysoberylli, qui languidius micantes nube aurea circum- (65)
, 113 cf. 77 funduntur. ‖ chrysoprasos quoque, ex auro et porraceo mixtam lucem
37, 77 trahentes, aeque beryllorum generi adiudicaverunt. ‖ hyacinthizontas, 63
scilicet qui hyacinthos prope referant, et ipsos probant. eos vero, (66)
qui crystallis similes capillamentis intercurrentibus obscurantur (hoc
enim vitio illorum nomen est), scientissimi lapidum plebi dederunt.
37, 78 ‖ Indici reges hoc genus gemmas in longissimos cylindros amant 64
fingere eosque perforatos elephantorum setis suspendunt ac monilia (67)
habent, vel plerumque ex utroque capite insertis aureis umbilicis incendunt ad nitellam pinguiorem, ut per industriam metallo hinc inde addito fulgentiorem trahant lucem.
6, 81 ‖ Taprobanem insulam, antequam temeritas humana exquisito 53, 1
penitus mari fidem panderet, diu orbem alterum putaverunt et quidem

RCNH [*L*]*QG*(*B*) *SAP*; *Anon. Leid.* (p. 30) *a* 16 Taprobanem

v. 1 beryllos — 7 adiudicaverunt *cum Plinianis adhibuit Isidorus* 16, 7, 5—7 *v.* 7 hyacinthizontas — 10 nomen est *compilavit Isidorus* 16, 9, 4 *v.* 16 Taprobanem — 197, 8 navigatur *exscripsit Dicuil* 7, 26—30.

---

1 berullos *R*, berullus *N* sexangulos *QG* 2 lanitatem *Q*, leuitatem *S* ang. repercussus [*L*], per ang. repercussum *H* ad *om.* *H* berullorum *RN*, berillum *H* 3 anteruirente *S*, interuirentem *Q* glauci] glaciae *H* 4 cerule H^a 5 hoc [*L*]*QGB* sunt *om.* *H* crysoberillo *G* nub. aurea (area *Q*) circ.] circ. aur. nube *SA* 6 chrysoprasos] *RP*, crysoprasos *G*, chrysoprassos *CNBA*, crisoprassus *H*[*L*], chryoprasos *S*, chrisoparus *Q* porraceo *II* ([*L*]*QGBP*) *cum Plinio et Isidoro*, purpuraceo *I* (*RCNS*^{1}*A*, purpura ceu *H*, purpuracea S^2) mixtum *H* 7 trahens *NH* genere *S* adiudicatur *H*, addiderunt P^2 hyacincinthizontas *P*, iacinctizontas *H* 8 hyrcinctos *H* hos [*L*]*QG* 9 qui *om.* *Q* cristalli *H*P^2, cry (*vel* i) stallo *SA*P^1 similis *S*P^1 10 uitium [*L*]*QGB* scient.] hos (hoc *S*) scient. *SA* lapidem *G* 11 hoc genus gemmas] *RCNS*P^1, hoc gemmae genus *H*, hoc genus gemmarum [*L*]*QGBA*P^2 12 suspendunt] subligant *SA*P^2 ac] haec *S*, ad *Q* munilia *G* 13 uel] aut *SA*P^1, *om.* [*L*] plerumque ex] ex pl. *S*, ex *A*P^1 utraque *S* inferunt aureos umbilicos P^1 inc. ad nit.] ut marcentem (marcescentem *A*) faciem ad nit. incendant *SA*P^1 14 ut] quo *SAP* pro industria [*L*]*QGB* metalla *Q* 15 trahunt *S*, retrahant R^a 16 taprobanen *RNQGA*, taprobanam *Dicuil* temeritate *A* humano *R*, humanae *S*, humono *Q* 17 fidem paret *Q* fidus ponderet [*L*], fides panderetur *SAP* diu] in [*L*]*QGBP*

quem habitare *Antichthones crederentur. verum Alexandri Magni PL.
virtus ignorantiam publici erroris non tulit ulterius permanere, sed
53, 2 in haec usque secreta propagavit nominis sui gloriam. missus igitur
Onesicritus praefectus classis Macedonicae terram istam, quanta esset,
quid gigneret, quomodo haberetur, exquisitam notitiae nostrae dedit.
patet in longitudinem stadiorum septem milia, in latitudinem quinque
3 milia. scinditur amni interfluo. nam pars eius bestiis et elephantis
repleta est maioribus multo quam fert India: partem homines tenent.
margaritis scatet et gemmis omnibus. ‖ sita est inter ortum et occa- PL. 6,
4 sum. ab eoo mari incipit praetenta Indiae. a Prasia Indorum gente
dierum viginti primo in eam fuit cursus, sed cum papyraceis et Nili
navibus illo pergeretur: mox cursu nostrarum navium septem dierum
5 iter factum est. mare vadosum interiacet altitudinis non amplius
senum passuum, certis autem canalibus depressum adeo, ut nullae
6 umquam ancorae ad profundi illius fundamenta potuerint pervenire. ‖ nulla PL. 6,

RCNH [*L*]*QG*(*B*) *SAP; Anon. Leid. l. c.* (*om.* 9 sita — 10 gente)
v. 6 patet — 7 milia *denuo Dicuil* 7, 32; *v.* 6 patet — 9 omnibus *compilarunt Capella* 6, 696 *et Isidorus* 14, 6, 12; *cf. Priscianus v.* 596 *v.* 7. 8 *cf. Dicuil* 7, 33 *v.* 10 praetenta — 197, 8 navigatur *compilavit Capella* 6, 696. 697.

1 quem] quam *Dic.*, eum quem *SAP*, *om. G* habitate *P* antichthones] *sic ad Plinium:* Antichthonum appellatione, antihones *III* (*SAP*²), eachites *I* (*RCN Dic.*), easchites *II* ([*L*]*Q*, easchidetes *G*, eascites *B*, eascithes *P*¹), tum scitas **H* 2 crederentur] *reliqui et Dic.*, crederent **HG*, crederetur *P*¹ uerum] sed *SAP*² alexander *A* 2 non tulit u. permanere (pergere **H*) sed] extinxit dum *SAP*¹ 3 in *om. Q* secreta] sacreta *Dic.* (*Dr.*) propugnauit **HQ*, propagat *SA* 4 onesicritos *P*, onesicretus *Dic.* classi *SAP* macedoniae *CQ* istam] ipsam *Dic.* 5 exquisitam] exploratam *SAP*² notitiae (notiae *G*) nostrae (nostra *N*, nostram *Dic.*)] nostr. not. *RC* 6 stadiorum (stadium *NSAP*¹) s. m.] uii milium stadiorum **H* in] *III* (*SAP*) *Dic. Leid.*, *om. reliqui* latitudine *Dic.* (*Dr.*) quinque] stadiorum u *Dicuil* 7 milium [*H*] scanditur *N* anni *R* pars] pras *Dic.* (*Dr.*), paas *G* eius] elus *G* bestiis et *om. SA* 8 maioribus] magnis [*H*], magnos *Leid.* multo q. f. i.] quam quos indi habent *SA*, multo q. f. i. quam indi habent *P* partem . . . 10 indiae *om. Q* partim *SA* hominis *N* 9 margaretis *Dic.* casam *R*ᵃ 10 eoo] *S*¹ (eo *) *P ex coniectura*, eo *reliqui* (*in his S*²) *et Dic.* praetentia *S*, praeterita [*L*] indiae] *HSAP*, india *I* (*RCN Dic.*) *et II* ([*L*]*GB*) gentem *RC* 11 dierum *bis Q* primo *om.* [*H*] ea [*H*] currus *Q* sed] sed hoc *BSAP* papiriceis *Dic.* et nili (nihili *R*, lichni [*H*]) nauibus *om. SA contra Plinium* 12 cursu nostr. nau. (nau. nostr. *P*²)] cursu nostrarum gentium nauium [*L*], cursum nauibus nostris *S*, nauibus nostris *AP*¹ 13 inter *N* uadorum *G* 14 senorum *Dic.* passum *RN* autem *om. SA* depr. adeo] adeo altum adeo depr. *SAP* nullae] nec **H* 15 ancorae] ancolore *Q* ad] a *R* profunda **H*, profundum *S* fund. pot. peru.] ima pot. peru. *P*, ima peruenerint *SA*

6, 87 in navigando siderum observatio: ‖ utpote ubi septemtriones nequa-
quam videntur vergiliaeque numquam apparent. lunam ab octava in
sextam decimam tantum supra terram vident. lucet ibi canopos sidus **53, 7**
clarum et amplissimum. solem orientem dextra habent, occidentem
6, 83 sinistra. ‖ observatione itaque navigandi nulla suppetente, ut ad desti-
natum pergentes locum capiant, vehunt alites, quarum meatus terram
petentium magistros habent cursus regendi. quaternis non amplius
mensibus in anno navigatur.

6, 84 ‖ In Claudii principatum de Taprobane haec tantum noveramus: 8
tunc enim fortuna patefecit scientiae viam latiorem. nam libertus
Annii Plocami, qui tunc Rubri maris vectigal administrabat, Arabiam
petens, aquilonibus praeter Carmaniam raptus, quinto decimo demum
die adpulsus est ad hoc litus portumque advectus qui Hippuros nomi-
natur. sex deinde mensibus sermonem perdoctus admissusque ad 9
6, 85 conloquia regis quae compererat reportavit. ‖ stupuisse scilicet regem
pecuniam quae capta cum ipso erat, quod tametsi signata disparibus
foret vultibus, tamen parem haberet modum ponderis: cuius aequali- 10
tatis contemplatione cum Romanam amicitiam flagrantius concupivisset,
*Rachia principe legatos ad nos usque misit, a quibus cognita sunt
universa.

R(deficit 2 *in* octa)[*R*](*succedit ubi deficit R*)*CNH* [*L*]*QG*(*B*) *SAP Anon. Leid.* (*l. c.*).

---

1 in *bis R*   obs. sid. *SAP*   utp. ubi sept. nequaquam (numquam *P²*) uid. uergiliae (uirgile *Q*) que (que *om. RN*H Dic., deficit C*) numq. app.] nam neque sept. illic (illinc *A*) conspiciuntur (conspicuuntur *S*) nec uergiliae (uirgiliae *S*) apparent *SAP¹*   2 lunam] l. nouem diebus [*H*]   ab] ob *N*   3 terra *Dic.* (*Dr.*)   canopus *Dic.*, conopos *G*   4 amplissimum] amplissidus *S*, scitam [*H*], situm *Leid.*   dextera *SA* (*deficit C*)   5 itaque] ita *S*   nauiganti *N*   ut] per quam *SAP¹*   ad destinatum] ad est natum *Dic.*, ad destinata *SAP¹*   6 meatu *G*, *om.* [*H*]   7 mag. hab. curs. regendi (-de [*Hᵃ*])] r. c. m. h. *SAP*   8 nauigantur [*R*]   9 in claudii (cludi *N*) principatu [*R*]*CN*H*[*L*]*QGBP¹*, adusque cl. principatum *SAP²*   taprobanem *N*, probane *Hᵃ*   10 scientiae] scientia *Leid.*, *om.* [*H*]   11 plocani [*H*], plocanii [*L*]*A*, *om. Leid.*   tunc] tum *QGB*   rubi *Q*   adm.] administrabant *Q*, tenebat *SAP²*   12 carminiam [*L*], germaniam [*R*]*CN*H*, armeniam *Q*   13 diem [*R*]   inpulsus *Q*   inuectus *SAP¹*   hippuros] [*R*]*CSA*, ipporus [*L*]*GB*, hipporus *P*, porus *Q*, hippurus *N*, hyppurus **H*   nominantur *S*   14 sermonem (-ne [*R*]*C*, -num *Q*) *om. A*   perductus *NQB²*, productus [*L*]*G*   admissusque] amissusque [*R*], missusque *N*H*, ductusque *SAP¹*   15 compereat [*L*]*B*, concerperat *S*   16 pecunia [*H*]*G*   erat cum ipso *A*   tametsi] tamen et [*R*]   17 tamen parem] [*L*]*QGB*, parem tamen [*R*]*CNSAP*, tamen **H*   habere *G*   aequitatis *SAP*   18 contemplationem *NQ*   amicitia *N*   concupisset *N*[*H*]   19 rachia] *Plinius*, t(h)racia *libri Solini*   ad usque nos *A*   cognita] praecepta *SA*, percepta *P²*

53, 11 ‖ Ergo inde homines corporum magnitudine omnes homines ante- PL. 6, 88
cedunt: crines fuco inbuunt, caeruleis oculis ac truci visu, terrifico
12 sono vocis. ‖ quibus inmatura mors est in annos centum aevum tra- PL. 6, 91
hunt: aliis omnibus annosa aetas et paene ultra humanam extenta
13 fragilitatem. ‖ nulli aut ante diem aut per diem somnus. aedificia PL. 6, 89
modice ab humo elevata. annona eodem semper tenore. ‖ vites PL. 6, 91
14 nesciunt: pomis abundant. ‖ colunt Herculem. in regis electione PL. 6, 89
non nobilitas praevalet, sed suffragium universorum. populus eligit
15 spectatum moribus et inveterata clementia, etiam annis gravem. sed
hoc in eo quaeritur, cui liberi nulli sunt: nam qui pater fuerit,
etiamsi vita spectetur, non admittitur ad regendum: et si forte dum
regnat pignus sustulit, exuitur potestate: idque eo maxime custodi-
16 tur, ne fiat hereditarium regnum. ‖ deinde etiamsi rex maximam prae- PL. 6, 90
ferat aequitatem, nolunt ei totum licere: *triginta ergo rectores accipit,
ne in causis capitum solus iudicet: quamquam sic quoque si displi-
cuerit iudicatum, ad populum provocatur atque ita datis iudicibus
17 septuaginta fertur sententia, cui necessario adquiescitur. cultu rex
dissimili a ceteris vestitur syrmate, ut est habitus, quo Liberum patrem
amiciri videmus. ‖ quod si etiam ipse in peccato aliquo arguitur, PL. 6, 91

[*R*]*CNH* [*L*]*M*(*redit* 3 *ab* aevum, *sed ut hic et deinceps passim hiet*) *QG*(*B*) *SAP; Anon. Leid.* (*l. c.*)
v. 1 ergo — 199, 8 receptet *compilavit Capella* 6, 698.

1 inde] indi *GBP*, idem *A* corp. magn. omn. hom. (alios omnes *pro* o. h. *SAP*¹) *om. N* 2 crinis *N* ac truci] atroci **H* 3 innatura [*R*] trahunt] harunt [*R*] 4 omnibus *om. SA* ultra hum. extenta (-te *N*)] ext. paene ultra hum. *SAP* 5 nulli] *plerique cum Capella,* nullus *BSAP* aut per diem (dies **H*) *om. N* somnos *A* aedificia] aefia *N* *post* somnus *ins.* noctis partem quieti destinant (dist. *S*) lucis ortum uigilia anteuertunt *SAP* 6 eleuata] tollunt *SAP* annonae **H* eodem] pari *SAP* tenore] t. est *SA* 7 regnis *G* 8 suffragia [*H*] uniuersorum] uniuersus [*L*]*QGBP*² populus] *MSAP*¹, populus enim [*R*]*CN***H*, enim p. [*L*]*QGBP*² elegit *NMA* 9 inueteratae clementiae *SAP* etiam (*om. Q*) annis (amnis *G*)] a. e. *SAP* graue *S* 10 hoc in] in hoc [*R*]*CN* sunt] sint *C*[*H*] fuerit] sit *SAP* 11 spectetur] spectatus *P*, spectatus est *SA* et] ac *SA* 12 regnat] pugnat *G* pignus sustulit] subolem uelit educare (edere *P*¹) *SAP*¹ exuit *SP*, exuuntur *A* potestatem *AP* idque eo] *III* (*SAP*) *Leid.* (*contra H*), ideoque *reliqui* maxime *om. SA* 13 fiat] faciat *SA* heridatarium *Q* 14 triginta] *Plinius et Capella*, quadraginta *libri* ergo *om. SA* 15 ne] nec *S* quamquam] et *SAP*¹ si *om.* [*R*] 16 iud. ad pop. prou. (reuocatur *C*)] aduocatur iudicatus ad populum [*H*] atque ita] a quo *SAP*¹ 17 septuaginta] xl [*H*], lx *Leid. et Bern. contra Plinium et Capellam* sententiam *S* 18 dissimilis *P*, simili *Q* uestitus *P*¹ 19 arguitur] arguitus (argutus *SP*) sic (sit *P*) ac reuictus *SAP*

PL. morte multatur: non tamen ut cuiusquam attrectetur manu, sed con- 53, 18
sensu publico rerum omnium interdicta ei facultate: etiam conloquii
potestas punito denegatur. culturae student universi. venatibus in- 19
dulgent nec plebeias agunt praedas, quippe cum tigrides aut ele-
phanti tantum requirantur. maria quoque piscationibus inquietant 20
marinasque testudines capere gaudent, quarum tanta est magnitudo,
ut superficies earum domum faciat et numerosam familiam non arte
receptet.
IGN. ‖ Maior pars insulae huius calore ambusta est et in vastas deficit 21
PL. 6, 87 solitudines. ‖ latus eius mare adluit perviridi colore fruticosum, ita
PL. 6, 88 ut iubae arborum plerumque gubernaculis atterantur. ‖ cernunt latus
PL. 6, 89 Sericum de montium suorum iugis. ‖ mirantur aurum et ad gratiam 22
L. 9, 106 poculorum omnium gemmarum adhibent apparatum. secant marmora
107 testudinea varietate. ‖ margaritas legunt plurimas maximasque. ‖ con- 23
chae sunt, in quibus hoc genus lapidum requiritur, quae certo anni
tempore luxuriante conceptu sitiunt rorem velut maritum, cuius desi-
derio hiant: et cum maxime liquitur lunaris imber, oscitatione quadam
hauriunt umorem cupitum: sic concipiunt gravidaeque fiunt. de saginae 24
qualitate reddunt habitus unionum: nam si purum fuerit quod acce-

[R]CNH [L]MQG(B) SAP; Anon. Leid. (l. c.)
v. 14 margaritas — 200, 14 datum *compilavit Isidorus* 16, 10, 1; *similia Ammianus* 23, 6, 85. 86.

---

1 adtractetur *SA*, arteratur [*H*], atteratur *Leid. Bern.* manus *S* 2 publico (pliblico *N*) rerum] publicorum [R^b] (*recte* [R^a]) interdicta ei (et [*R*], *om.* **H*) facultate] interdicitur ei facultas *SAP* 3 negatur *SAP*, denegetur H^a suident *G* uen.] interdum uen. *SAP* 4 nec] ne *Q* tigres SAP^1, trigides *Q* 5 pisc. inq.] sagacissime expiscantur SAP^1 7 superfacies *G*, superfices *Q* eorum [*H*] 9 colore *N*[*H*] 10 peruiride *S* fructicosum [*R*]*A*, fructuosum [*H*]*B* 11 plerumque] que *R* latius [*R*]*CNS* 12 et *om.* [*H*] ad (a *N*, *om. G*) gratiam (-tia *NS*) poculorum (populorum *G*) e. g. a. apparatum] pocula gemmis igniculant P^2 14 uarietate] uaetate *N* margaritis *N* lagunt] lecunt *vel* letunt [*R*] maximaque *SP*, maximaeque *A* 15 quibus] quo *A* hoc genus lapidum (lapideum [H^a]) *om.* P^1 requiritur] requiuitur *M*, repperiuntur SP^1, repperiunt *A* anno *S* 16 rorem *om.* [*R*] maritam *S* cuius] cum eius *M* cum] uim *S* 17 liquitur (loquitur [*L*]) lunaris imber] *I* ([*R*]*CN***H*) *et II* ([*L*]$MQGP^2$), lunares liquuntur aspergines *III* (*SAP*) *cum Ammiano:* umores ex lunari adspergine capiunt 18 humore *Q* concupitum *N* concupiunt *N* de] et de *S*, ac de *AP* saginae] sanguine *Q* 19 qualitatem *N* uniorem *Q* fuerit] fuit *SAP* acceperint [*R*]CN^bMQGB *Leid.*, acceperit N^a, acceperunt [*H*], acceperant *SAP*

perint, candicant orbiculi, si turbidum, aut pallore languent aut rufo PL.
53, 25 innubilantur. ita magis de caelo quam de mari partus habent. deni-
que quotiens excipiunt matutini aëris semen, fit clarior margarita,
quotiens vespere, fit obscurior ‖ quantoque magis hauserit, tanto magis PL. 9, 1
proficit lapidum magnitudo. si repente micaverit coruscatio, intem-
pestivo metu conprimuntur clausaeque subita formidine vitia contra-
26 hunt abortiva: aut enim perparvuli fiunt scrupuli aut inanes. ‖ con- PL. 9, 1
chis ipsis inest sensus: partus suos maculari timent cumque flagran-
tioribus radiis excanduit dies, ne fucentur lapides solis calore,
subsidunt in profundum et se gurgitibus ab aestu vindicant. huic
tamen providentiae aetas opitulatur: nam candor senecta disperit et
grandescentibus conchis flavescit margarita. in aqua mollis est unio,
27 duratur exemptus. ‖ numquam duo simul reperiuntur: inde unioni- PL. 9, 1
bus nomen datum. ‖ ultra semunciales inventos negant. ‖ piscantium PL. 9, 116.
insidias timent conchae: unde est, ut aut inter scopulos aut inter
marinos canes plurimum delitescant. ‖ gregatim natant: certus exa- PL. 9, 1
mini dux est: illa si capta sit, etiam quae evaserint in plagas rever-
tuntur.
28 ‖ Dat et India margaritas, ‖ dat et litus Brittanicum: sicut divus PL. 9, 106.
Iulius thoracem, quem Veneri genetrici in templo eius dicavit, ex Brit-

[R]CNH [L]MQG(B) SAP; Anon. Leid. (l. c.)
v. 14 piscantium — 19 Britannicum: *similia Ammianus* 23, 6, 87. 88.

1 orbiculi] orbiculis *[R]*, orbiculi lapillorum *SAP:* claros efficiunt lapillos *Ammianus* pallorem *N* languescunt *SAP*^{1} rofo *N* 2 innubolantur (*ut vid.*) *[R]* magnis *Q* 3 matutini] tini *G* aeris *om.* *[R]* clarius margaritum *SAP*^{1} 4 uespero fit obscurius (-rus *A*) *SA* que *om.* *[R]* **H* magis *om.* *G* hauserint *SA* tantum *Q* 5 emicauerit *SA* 7 aut enim] etenim *NSA* inanes] manes *[L]*, imanes *G*, immanes *[H]* 8 partu suo *M* maculari] immalari *G* cumque] cum quo *Q* flagratioribus *GSLeid.* 9 fucentur] fuscentur *C*, fuscent *[H]*, fugentur *SA* lapidis *Q* colore *CGB* 10 in profundum . . . . uindicant (indicant *[H]*)] et se profundis ingurgitant ut ab a. uindicentur *SA*, in prof. et se g ab a. u. et se profundis ingurgitant ut ab a. uindicentur *P* 11 aestas *G* opitulantur *Q* senectu *G* disperet *M* 12 grandiscendibus *Q* flauescunt *BSAP*^{1}, flauentibus *G* margaritae *A* in] lapis iste in *SAP*^{1} unio] homo *G*^{1}, humo *G*^{2}, *om.* *P*^{1} 13 durescit **H* exemptus] euisceratus *SAP*^{1} *contra Plinium* numnumquam *N* duos *Q* uniobus *G*, unioribus *[L]* 14 ultra *om.* *MQ* semiunciales *GSA* inuentas *[R]G*, inuentus *M* piscantum *[R]C* 15 insudias *G* inde *SAP* ut *om.* *MG* aut *om.* *[H]* scopopulos *G* 16 delitiscant *[R]CN* certa *SAP* examinis *SA* 17 illa si] illi et cum *[H]* plaga *Q* 19 india] in india *[R]* margarita *P*^{1} diuius *G* 20 thoracem] ex thorace *[R]* uenegri *G* templum *MQ* ducauit *G* ex] e *SA*

9, 117 tanicis margaritis factum subiecta inscriptione intellegi voluit. ‖ Lol- 53, 29
liam Paulinam Gaii principis coniugem vulgatum est habuisse tunicam
9, 118 ex margaritis sestertio tunc quadringenties aestimatam: ‖ cuius parandae
avaritie pater ipsius Manilius spoliatis Orientis regionibus offendit
C. Caesarem Augusti filium interdictaque amicitia principis veneno
9, 123 interiit. ‖ illud quoque expressit vetus diligentia, quod Sullanis pri- 30
mum temporibus Romam inlati sunt uniones.
SOL. ‖ Ab insula eus ea, ut consequens, ad continentem: igitur a 54, 1
Taprobane *in Indiam revertamur. sed si Indicis urbibus aut natio-
nibus resistamus, egrediemur repromissae concinnitatis modum.
. 6, 92 ‖ Proximam Indo flumini urbem habuere Caphisam, quam Cyrus 2
diruit. Arachosiam Erymantho amni inpositam Samiramis condidit.
*Cadrusium oppidum ab Alexandro Magno ad Caucasum constitutum
. 6, 93 est. ‖ ibi et Alexandria, quae patet amplitudinis stadia triginta.
.. 6, 95 multa et alia sunt, sed haec cum eminentissimis. ‖ post Indos mon- 3

[*R*]*CNH* [*L*]*MQG*(*B*) *SAP; Anon. Leid.* (*l. c.*; *om.* 2 lolliam — 6 interiit) *ad* 7 uniones

v. 15 post Indos — 202, 2 vetuit *compilarunt Capella* 6, 699 *et Isidorus* 9, 2, 131.

---

1 inscriptio *Q* int. uol.] testatus est *SAP*^{1} bolliam *N* 2 nauli[nam] *M*, pauliam *Q*^{a} gaci *Q*^{a} 3 estertio *G* *post* quadringenties *ins.* bizantiorum [*R*] prande *G*, parundiae *Q* 4 (h)auaritia [*R*]*SA* manilius] *plerique*, manibus [*L*]*QB* (*def. M*): M. Lollius *Plinius* orientis (-tes *QS*) regionibus] orientibus *G*, orientis regibus *P*^{2} offendit g. (gaius *N*) caesarem] *CNH*, offendit cum cesare [*R*], offendit spirauit c. caesarem *MQ*, offendi sperauit, c. (*om. B*) caesarem [*L*]*GBP*^{1}, asperauit c. caesarem *P*^{2}, asperauit offendit gaium caesarem *S*, asperauit gaium caesarem offendit *A* 5 priscipis *Q* 6 interitur *G* illud] illo *Q* syllanis *NM*, sillani [*R*]*C*, sillanus *G* 7 inlata *G* sint [*L*]*MQG* 8 insulam *M*^{a} eus ea] *II* (*MQG*, eusia *B*, ensea [*L*]), aus(a)ea *I* ([*R*]*CNHSAP*) consequens (est *ins. GBP*) ad continentem] consequens aut conti[nente]m *M*, consequens aut continens est [*L*]*Q* a] ad *GB* 9 in indiam] *scripsi*, indiam *CN*[*L*]*SAP*, india [*R*]*MQ*, indie *B*, inde *G*, ad indicum *H* reuertemur [*R*]*CN*, reuertimur *MQ* *post* reuertamur *add.* conuenit res indicas uidere *A*, conuenit in res indicas (-cat *P*) uadere *SP* si *om.* [*R*]*BS* indicis] *III* (*SAP*), indicis aut *I* ([*R*]*CNH*), in his *II* ([*L*]*MQGB*) 10 egredimur [*L*]*MQG* repromissae] propositae *SA* concinnatis [*R*]*CN*, concinnantis *G* modo *N* 11 habere *G* caphisam] cafysam *S*, caphusam *P*, casysam *A* 12 erymantho] *N*, erimant(h)o *CHMGB*, erumantho [*L*]*Q*, erumnatho [*R*], erumando *P*, erimando *S*, rimando *A* semiramis *CHB*, samisramis [*L*], samaramis *MQ* 13 cadrusium] *scripsi ad Plinium*, cadrusiam *I* (*NHSA*, candrusiam [*R*]*C*, cadrusia *P*), catrusia *II* ([*L*]*MQGB*) caucaso *S*, causarum [*R*], causam *H* constitutus *S*, constitum *H*[*L*] 14 ubi *SAP* et] ad *H*, *om. G* alexandriam *H*[*L*] 15 idos *H*

tanas regiones Ichthyophagi tenent, quos subactos Alexander Magnus PL.
vesci piscibus vetuit: nam antea sic alebantur. PL. 6, 111
54, 4 ‖ Ultra hos deserta Carmaniae, Persis deinde ‖ atque ita navi- SOL. 54, 1 PL. 6, 97
gatio: in qua Solis insula rubens et omni animantium generi inac-
5 cessa, quippe quae nullum non animal inlatum perimat. ‖ ex India PL. 6, 9
revertentes ab Hyani Carmaniae flumine septemtriones primum vident.
6 Achaemenidis in hoc tractu sedes fuerunt. inter Carmaniae promunturium et Arabiam quinquaginta milia passuum interiacent: deinde tres insulae, circa quas hydri marini egrediuntur vicenum cubitum longitudinem.
7 ‖ Dicendum hoc loco, quatenus ab Alexandria Aegypti pergatur PL. 6, 1
in usque Indiam. ‖ Nilo vehente Copton usque etesiis flantibus cursus PL. 6, 1
est. deinde terrestre iter Hydreum tenus. ‖ post transactis aliquot PL. 6, 1
8 mansionibus Berenicen pervenitur, ubi Rubri maris portus est. ‖ inde PL. 6, 1
Oceli Arabiae portus tangitur. proximum Indiae emporium excipit

[*R*] (*ad v.* 14 bereni) *R* (*redit inde a* 14 cem peruenitur) *CNH* [*L*]*MQG*(*B*) *SAP*

v. 4 Solis — 5 perimat *compilarunt Capella* 6, 699 *adsumptis Plinianis et Dicuil* 7, 40 *v.* 6 ab Hyani — 10 longitudine *compilavit Capella* 6, 699.

---

1 icciofagi *H* tenent] tent [*R*]*S* 2 uesci pisc. uet.] in reliquo abstinere iussit a piscibus SAP^1: vetuit piscibus vivere *Plinius*, piscibus vesci prohibuit *Isidorus* nam a. s. alebantur *om.* [*R*] 3 carmaniae] (*AP*, carmeniae S^2 *et index M*, carminae S^1, geramanie *Q*, germaniae *CNHLM* (*text.*), germantie *R*, gesta germaniae *GB* persis] praesis *A*, *om. M* atque] que *M* rubens] subens [*R*], r. semper *SAP* omnia *NMS* animantum *CNQS* 5 quippe .... perimat *om. M* quae (*om. G*) nullum *om. H* nullum non] omne *Dic.* inaltum *H* perimat] perimit *Dic.*, necet SAP^1 6 yani *II* (*M*, iani *GB*, iam [*L*], inani *Q*), uani *I* ([*R*]*NH*, uanim *C*), azanio *III* (*AP*, azonio *S*): Hyanis *Plinius*, Ypanis *Capella* carmaniae] *SP*, carmeniae *A*, geramaniae [*L*]*Q*, germaniae [*R*]*CNH MGB cum Capella* flumine] fluminnm [*L*], fluento *SA* 7 achaemenidis (acheminidis [*R*], -nedis *H*, -nides [*L*]MQP^1) in (*om. H*) hoc tractu] in hac plaga achaemenis SAP^1 ferunt [*R*] *post* ferunt *ins.* xuiii *M* carmaniae] *P*, carmeniae *A*, geramaniae *Q*, carminae *S*), germaniae [*R*]*CN*, [*L*]*MG*, germaniam *H*, germanio *B*: Germaniae *libri Capellae* 8 passuum *om. M* 9 circa] inter [*R*] 10 longitudine *CH*[*L*]*BA* 11 loco] locorum *HGB* 12 usque] *H* in uehentem *N* capton [*R*] usque] tenus SAP^2 et(h)esii *MQG*, ethesu [*L*], adesum *B* flantibus] [*R*]*CNHSAP cum Plinio*, flatibus [*L*]*MQGB* 13 terrestre] in t. [*L*]*MQGB* iter] inter *QS* hydreum] (hiderum [*R*], yderum *C*) *libri cum Plinio: requiritur* hydreuma tenus *om. SA* tansactis *M* 14 mansinibus *G*, maresinibus *B* benenicem *G*, beronicem *H*, cem *R*, brenicem *Q* portu N^a est *om.* M^a inde ide *G* 15 oceli] *C*[*L*]*Q*, ocaeli *RNMG*, occeli *H*, oc(a)elia *SAP*, doceli *B* emptorium *R* excipitur *SA*

L. 6, 105 Zmirim infame piraticis latronibus. ‖ deinde per diversos portus Cot-
tonare pervenitur, ad quam monoxylis lyntribus piper convehunt.
L. 6, 104 | petentes Indiam ante exortum canis aut protinus post exortum 54, 9
L. 6, 106 navigia media aestate *solvunt, ‖ revertentes renavigant Decembri 10
mense. secundus ex India ventus est vulturnus: at cum ventum est
L. 6, 107 in Rubrum mare, aut africus aut auster vehunt. ‖ spatium Indiae
decies septies quinquaginta milia passuum proditur: at Carmaniae
L. 6, 109 centum milia, cuius pars non caret vitibus. ‖ praeterea habet genus 11
hominum, qui non alia quam testudinis carne vivunt, hirsuti omnia
facie tenus, quae sola laevis est: iidem coriis piscium vestiuntur,
Chelonophagi cognominati.
L. 6, 107. 108 ‖ Inrumpit haec litora Rubrum mare ‖ idque in duos sinus scin- 12
ditur. quorum qui ab oriente est Persicus appellatur, quoniam
quidem oram illam habitavere Persidis populi, vicies et sexagies cen-
tena milia circuitu patens: ex adverso, unde Arabia est, alter

R (*deficit* 14 *in* uicies)[*R*](*succedit ubi deficit R*)*CNH* [*L*]*MQG*(*B*) *SAP*

v. 12 inrumpit — 204, 1 vocatur *compilarunt Capella* 6, 699 *et Isidorus* 13, 17, 4.

---

1 zmirim] *RCHMQGAP*^{1}, zmirum *N*, zinirim [*L*], et mrim *B*, nirim *P*^{2}, nizirim *S*: Muzirim *Plinius*   paraticis *G*   latronibus] factionibus *SAP*^{2} uersos *NS*   per diuersos .... piper *om.* *C*^{a} cottonare] *III* (*SP*, coctanare *A*) *cum Plinio:* Cottonara, cottaonare *I* (*RCN*^{b}, cottaonere *N*^{a}, quodzaonare *H*), cottaonore *II* (*MQ*, quottaonore *G*, coitaonore [*L*], quamcaonere *B*)   2 peruenitur] peruenire *N*, succeditur *SAP*^{2} quam *om.* *G*   monoxylis] *RN*, monoxilis *CH*[*L*], moxnoylis *S*, moxnolis *A*, monoxyllis *P*^{1}, monoxillis *G*, moxillis *B*, moxilis *P*^{2} lyntribus] quintribus *A*   pirper *S*, periper *P*   conueheunt *H*, cononuehunt [*L*]*M*, cononuehuntur *Q*   petentes .... 6 uehunt *om.* *M*^{a} 3 potentes *R*   canis .... exortum *om.* *H*   nauia *G*, nauigio *A*   soluunt] *P corrigens,* soluuntur (solinintur [*L*]) *reliqui*   reuertentis *M*   renauigent *H*, renauigari *S*, nauigant *A*   deeembre *S*, decembro [*L*]   5 secundos *Q*   uulturnis *A*   ut] aut *G*   6 rubro mari [*L*]*MQGB*   aut afr.] ut afr. *Q*, afr. *H*   7 septies] septies (speties *S*) centena et *SAP*^{2} at] ad *HS*, ac *BA*   carmaniae] *AP*, carmeniae *S*, geramaniae *M* (*in indice huc pertinet caput inscriptum* de magnitudine indie et carmine) *Q*, germaniae *CNH*[*L*]*GB*, gemaniae *R*   9 alia quàm] aliquam *M*   omnia] a nimia *GB*, omnes a *MQ*, omnes [*L*]   10 facitenus *G*   sola l(a)euis] *RCNMSP*, solaeuis *G*, sola lenis *H*[*L*]*QBA*   est i(i)dem] est id est *G*, ae id est *H*   11 chelonofagi *RCNSAP*, chelonofaga *H*, chelcenofagi *MQGB*^{2}, chelcenophagi [*L*], chelsonofagi *B*^{1} cognominati] cognominantur *RCN*, nominantur *H*   12 irrupit *G*   idque] atque [*L*]*MQGB*   13 est] est et *Q*   14 habitauerunt *H*, habet habere *M*   persidis populi] persi *H*   uicies *bis R*   uicies et sexagies (sexies P^2) centena (centum *P*^{2})] |XXV|, *id est* vicies et quinquies centena *Plinius*   15 circumitu *P*   patens] panes *S*   aduersa *H*   rabia *S*

Arabicus vocatur: Oceanum vero qui ibi influit Azanium nominaverunt. PL.

54, 13 ‖ Carmaniae Persis adnectitur, quae incipit ab insula Aphrodisia PL. 6, 11
variarum opum dives, translata in Parthicum nomen, litore quo
14 occasui obiacet porrecta milia passuum *quingenta quinquaginta. ‖ oppi- PL. 6, 1
dum eius nobilissimum Susa, ‖ in quo templum Susae Dianae. PL. 6, 1
‖ a Susis [Carbyle sive] Barbitae oppidum centum triginta quinque PL. 6, 1
milibus passuum distat, in quo mortales universi odio auri coëmunt
hoc genus metallum et abiciunt in terrarum profunda, ne polluti usu
15 eius avaritia corrumpant aequitatem. ‖ hic inconstantissimus est terra- PL. 6, 1
rum modus: nec inmerito, cum aliae circa Persidem nationes schoinis,
aliae parasangis terras metiantur et incertam fidem faciat mensurae
ratio discors.

55, 1 ‖ Parthia quanta omnis est a meridie Rubrum mare, a septem- PL. 6, 11
trione Hyrcanum salum claudit. regna in ea duodeviginti dissecantur in

[R]CNH [L]MQG(B) SAP

v. 3 Carmaniae — 6 Susa *compilarunt Capella* 6, 700 *et Isidorus* 14, 3, 12
v. 7 a Susis — 10 aequitatem *compilavit Capella* 6, 700 *v.* 14 Parthia — 205, 7 Persidem *compilavit Isidorus* 14, 3, 9. 11.

---

1 uocatus *S* qui *om. P* influunt *A*, fluit *Q, om. P* uero] ut *[R]* azaminium *H* 3 carmaniae] *sic index M* (gens carmaniae), carmeniae *SA*, garmaniae *P*, garamaniae *[L]MQB*, garamine *G*, germani(a)e *[R]CN*, germania *H* qui *S* incipit ab *om. H* afrondisia *A*, frodisiae *[L]MQGBP* 4 opum] opus *[R]M* translata] translata (a *ins. S*) quondam *SAP* litori *[R]* 5 subiacet *CSAP* milia] in milia *SAP* passuum] passum *[R]*, *om. H* quingenta quinquaginta] *Plinius et Capella*, quinquaginta *libri* 6 templum *om. A* susae] *[R]CNMQGBS cum libris Capellae*, susac *A*, susiae *[L]*, susitae *H*, suseae *P* dianae] diani *A* 7 a *om. S* susius *M* carbyle (*P*, carbile *[L]QB*, carbi *G*) siue barbytae (*P*, barbite *[L]MQG*, barbice *B*) *II* (*LMQGBP*) *cum Capella:* Carbyle siue Barbyta, arbyle (arbile *[R]H*) siue barbyte (barbitae *[R]H*) *I* (*[R]CNH*), barbitae *III* (*A*, babitae *S*)*:* Babytace *Plinius* (*Βαβυτάκη Stephanus Byz.*) 8 milia *H[L]GB* distant *[R]C* quo *om. N* mortalis *M* tauri *[R]* caemunt *H*, comedunt *[L]* 9 metallum] *NMSP*, metalli *RCH[L]QGBA* hobiciunt *Q* nec *S* 10 auaritiae *NQ* corrumpunt *NG* hinc *[R]CNMSP*, hin *[L]* est *om. HSA* terrarum] naturarum *[L]* 11 modus] commodus *[R]* schoinis *[R]*C^{b}*N*, scoinis C^{a}*H*, scoenis *MGB*P^{1}, scenis *[L]*, exquoenis *Q*, scynis *SA*P^{2}, 12 alia *Q* *post* parasangis *ins.* aliae incomperta (inconper *S*) disciplina (-nas *S*) *SAP* mentiantur *[R]* incertam] infidem fidem *H* mensurae ratio], mensuratio S^{1}, mensura ratio S^{2}, mensura *H* 13 dicors *M* 14 parth. quanta (quanto *Q*) q. o. e.] quod est parthiae *SA* medie *H*, maridie *Q* ruborum *Q* a] ac *N* 15 solum *[R]*, saltum *[L]MQGB* regna in ea (eo Q^{a})] in ea r. *HSAP* uiginta H^{a}

